



TRACTATUS  
 DE OMNI GENE-  
 RE HOMICIDII, VIDELI-  
 CET DE HOMICIDIO LEGITI-  
 mo, Casuali, Culposo, Simplici  
 voluntario, Doloso,  
 Proditorio.

\* \*  
 \*

S V M M A R I A.

- 1 *Homicidium an ne grauius vel leuius a-  
dulterio?*
- 2 *Ad vindicandum adulterium leges ho-  
micidium impunè permittunt.*
- 3 *De adulterio prohibita transactio, cum  
de homicidio & cæteris delictis pœnam  
sanguinis ingerentibus, impunè transi-  
gere liceat.*
- 4 *Ex grauitate pœna, quantitas criminis  
reputatur.*

2 TRACTATUS

5 *Natura hominem produxit ut homini  
opem ferat, non ut insidietur.*

6 *Intellectus l. Codicillis, De leg. 2.*



1

PRIMA occurrit quæstio factis vulgata, & à Doctoribus sæpius agitata. An scilicet homicidium sit grauius vel leuius adulterio? In qua quæstione, ut agitata veritas melius elucescat, arguam in vtranque partem.

Et primò, Adulterium esse grauius crimen probatur.

2 Nam leges ciuiles, ad vindicandum adulterium, homicidium impunè permittunt. l. Marito, & l. Nihil. De adult. & Auth. Si quis. C. de adult.

Constat autem de duobus malis, id quod minimum est permitti, ut maius & grauius euitetur. C. Duo 13. distin. l. Quoties. De Reg. iur. c. Iurauit. c. Non solum 22. q. 4.

3 Secundò, de adulterio transactio fieri prohibetur, cum tamen de homicidio & cæteris delictis poenam sanguinis merentibus impunè transigi possit. l.

Transi-

## DE HOMICIDIO.

3

Transigere. C. de transact.

Tertiò, adulterium lædit famam, homicidium verò vitam: sed charior debet esse fama quàm vita. l. Isti quidem. Quod met. causa. Et patet in exemplo Lucretiæ Romanæ, quæ mori maluit, quàm cum infamia stupri viuere.

Quartò, grauius est delictum, in quo plures concurrunt delinquentes. Sed in adulterio duo semper concurrunt delinquentes. l. Reos, de adulter. Homicidium verò vnius tantùm facto perficitur, Ergo, &c.

Quintò, adulterium est violatio alieni thori, per quam & coniugalis fides soluitur, & legitimus partus confunditur, in graue totius Reipub. detrimentum. l. j. §. Quamuis, versi. Publicè enim interest. De ventre inspic. iuncta. l. j. cū ibi notatis. Solutio matrimonio.

Sextò & vltimò, pro hac parte allegatur tex. in l. Codicillis, in versic. Sed & mihi deteriora fecit. De leg. ij. Nam deterius homicidio nihil ferè censeri potest, nisi coniugalis thori violatio. Et ita DD. textum illum magis communiter

adducunt, & facit tex. in c. Quid in omnibus. 32. q. 7.

PRO contraria parte est textus in c. Si quod verius. 33. q. 2. vbi permittitur adulterium, vt homicidium euitetur. Et probatur exemplo Loth, in Genesi, qui filias suas Sodomitis permittebat, vt hospites & peregrinos, quos susceperat ab iniuria & cæde defenderet.

Secūdo, Quia nullus est gradus in genere illicitorum, q̄ pertingat ad altitudinē & pœnam paternæ cædis. Toto tit. Ad l. Pomp. De parricid. Et ideo magis punitur occidens matrem, quàm qui eam turpiter cognoscit. Nam parricidium lege Pompeia omnium pœnarum grauissima punit. l. j. Ad l. Pomp. De parricid. §. Sed & alia lege. Inst. De publ. Iud. Et tamen stuprum, adulterium, & incæstus vulgari pœna legis Iuliæ coercentur. Toto tit. de adult. Igitur dilectū grauius reputatur, cui grauior pœna imponitur. Nam ex grauitate pœnæ, quantitas dicti reputatur. l. Metrodorum de pœn. Vbi qui deliquit in commitendo, est in perpetuum

petuum deportatus, qui verò in omit-  
tendo & sic leuius peccauit. l. Si mora,  
cùm ibi not. Sol. matr. ad tempus dun-  
taxat relegatus.

Tertiò, vbi maior est prouocatio, ibi  
delictum leuius reputatur. l. Cicero De  
pœn. Vbi mulier quæ odio mariti pro-  
uocata partum abegit, leuius punitur,  
quàm illa quæ mero odio, & folius aua-  
ritiæ cupiditate abortum procurauit. l.  
ij. C. de sicar. l. j. §. diuus. ff. cod. l. Si adul-  
terium. §. Imperatores. de adult. l. Grac-  
chus. C. Eod. Sed nemo dubitat quin a-  
dulterium habeat maiorem prouoca-  
tionem & tentationem, quàm homici-  
dium: quia vt ait D. Hier. Difficillimum  
est homini se à peccato libidinis & in-  
continentia abstinere. Cùm nullum sit  
genus certaminis, in quo fiant prouo-  
cationes frequentiores, aut grauiores  
insultus. Vndè propter maiorem pro-  
uocationem, DD. communiter tenent  
minus esse peccatum formosam cogno-  
scere, quàm deformem, vt latè probat,  
Ioannes Neulzanus in Sylua nuptiali, in  
prima parte.

6 TRACTATUS

3 Quartò, Homicidiū est cōtra legem naturæ, q̄ hominem produxit, vt homini opem ferret, non vt insidiaretur. l. vt vim, cūm ibi not. De iust. & iur. Ideo que qui hominem occidit, naturæ legem violat, cūm speciem suam destruat: quæ immanitas in nullo alio animantium genere reperitur, vt nempe in propriam speciem sœuiat, vt eleganter expressit Satyricus in penul. Satyr.

Sed iam Serpentum maior concordia,  
parcit,

Cognatis maculis, similis fera, quando  
Leoni

Fortior eripuit vitam Leo: quo nemore  
vnquam.

Expirauit aper, maioris dentibus apri?  
Indica Tygris agit rabida cum Tygride  
pacem.

Perpetuum sæuis inter se cōuenit vrsis.  
Ast homini, ferrū letale incude nefanda  
Produxisse parum est.

Adulterium verò, non habet ita naturalem prohibitionem, sicut homicidium, quod ipsius humanæ naturæ clementia

## DE HOMICIDIO. 7

mentia videtur abhorrere, & omnibus modis execrari. Vndè patet grauius esse crimen contra naturam peccare, hominem occidendo, quam contra leges Adulterium committendo.

Quintò, Homicidiũ magis Rēp. offendit: nam qui hominem occidit, vnum caput adimit Reip. cuius interest plures habere subditos l. j. cum ibi notatis. Sol. Matrim

Sextò, & vltimò, Maius delictũ reputatur, ex quo maius damnũ euenit. l. Facta. §. Quantias. De pœn. Sed per homicidium deletur creatura rationabilis, q̄ totus mundus nō potest reparare, & sæpissimè, nisi superabundet misericordia Dei, anima cum corpore extinguitur, q̄ toto orbe pretiosior est, proque cuius salute, Christus Iesus acerbissimã mortem subiuit. l. Sancimus. C. De SS. Ecclesi. Ergo homicidium inter grauiissima crimina reputatur. l. iij. C. De Epis. aud. Ang. in conf. 217. quod incipit, In causa accusationis, col. penult. Et hæc opinio

6 est verior, per suprad. Quam etiam tenet Fulg. in d.l. Transigere. Non obstat d.l. Codicillis, ibi, sed mihi deteriora fecit. De leg. ij. Quoniam licet plerique de adulterio intelligant, tamen ex tanta generalitate, necessarium & cōcludens argumentum sumi non potest. l. In ambiguo, vbi Bart. De reb. dub. Præterea potest intelligi textus ille, vt dicamus occisorem illum, voluisse maritum veneno necare, iuxta textum in l. Qui cū maior natu. §. fin. de bon. libert. Nam benè conuenit illud, sed & mihi deteriora fecit, quia veneno me extingueri voluit, quod sanè est grauius, quàm gladio occidere. l. j. C. de malefic. Vel quod ipsum accusauit de crimine læsæ Maiestatis, & ita ingrauiissimū, & famæ, & capitis discrimen adduxit. l. Quisquis. C. Ad l. Fal. Maieft. Vel etiam quod filiam ipsius stuprauit. Vel etiam dici potest, quod ille textus procedit, attenta affectione loquentis: quia existimabat grauiorem iniuriam sibi factam, ex alterius suæ vxoris adulterio, quàm communis filij homicidio. Tamen re vera iudicio legum

DE HOMICIDIO. 9

legum, & rationum, grauius est crimen homicidium, quàm adulterium: neque enim ex priuata cuiusque affectione, rerum substantia iudicatur, sed ex cōmuni iudicio legibus & rationibus cōprobato. l. Pretia rerum. Ad l. Fal. l. Seruum. Ad l. Aquil. Ad alia argumenta facilis est responsio.

DE HOMICIDII ORIGINE, definitione, & diuisione.

S Y M M A R I A

- 1 *A definitione omnis rei, de qua disputatur cognitio suscipienda.*
- 2 *Homicidium à fratribus & pastoribus ex inuidia originem traxit.*
- 3 *Inuidia nil in homine turpius, vel detestabilius.*



HOMICIDIUM (vt à definitione omnis rei de qua disputabimus, cognitio suscipiatur, iuxta præceptum Cic. lib. i. offic.) est hominis

cædes, ab homine perpetrata: nam si homo à fera vel bruto occidatur, propriè non est homicidium, sed dicitur pauperies, per tot. titu. Si quadrup. paup. fec. dic. Homicidium primò à fratribus & pastoribus, originem traxit, vt legitur de Cain & Abel Genes. 4. Item de Romulo & Remo, Romanæ gentis conditoribus, l. fin. de reg. diuis. Processit autem ex inuidia, quo vitio in homine nō inuenitur turpius, vel detestabilius: nā attestante Satyrico.

Inuidia Siculi non inuenêre Tyranni,  
Tormentum maius.

Vndè homo inuidus peior est cane, qui licet habeat peculiarem vim & naturam inuidendi, nunquam tamē alterum præ inuidia inuenitur extinxisse. Sunt autem homicidij sex species, videlicet, LEGITIMVM, CASVALE, CVLPOSVM, VOLUNTARIVM simplex, vel vt dicunt, PVRRVM, DOLOSVM & PRODITORIVM.

DE PRIMA SPECIE, SCI  
licet homicidio legi-  
timo.

SVM.

## SUMMARI A

- 1 Homicidium legitimum, habet impunitatem.
- 2 Executor publicæ vindictæ, non pœnam, sed præmium meretur.
- 3 Magistratus gladium gerit, ut malorum audacia coërceatur, & bonorum innocentia defendatur.
- 4 & 6 In delictis solus animus inspiciendus, & sublata voluntate, omnis actus est indifferens.
- 5 Omnis actus humanus, ab intentione & principali proposito iudicatur.
- 7 Omne peccatum quod in Deum admittitur, si Magistratui innotescat, temporali lege puniendum.
- 8 & 9 Furem nocturnum res asportantem, impunè licet occidere, Diurnum ita demum, si telo se defendat.
- 10 & 11 Vilis adulter, à marito deprehensus, impunè occiditur sicut & suspectus de adulterio, trina monitione præcedente.
- 12 Patri, quemuis adulterium cum filia deprehensum licet occidere.
- 13 & 14 Transfugam, siue hostem ciuitatis,

- sicut & bannitum virtute Iuris municipalis licet occidere.
- 15 Occidens bannitum proditoriè non gaudet privilegio statuti: sed ut dolosus homicida puniendus. sicut si ad privatam potius, quàm ad publicam vindictam occidat.
- 16 Bannitum occidens, etiam ad publicam vindictam, facti infamiam non evitat.
- 17 Omnis homicida voluntarius, licet statuto vel lege iuuetur, vilis persona reputatur. ita ut in causa ardua, in testè absq; tortura non admittatur.
- 18 Insultato, qui salutem suam aliter tueri non potest, aggressorem suum licet occidere.
- 19 Monomachia licet de iure sit reprobata, de consuetudine tamen toleratur.
- 20 Consuetudo facit licitum, quod alias esset illicitum.
- 21 Consuetudo iuri naturali, vel legibus contraria, verius dicitur corruptela.
- 22 Non valet consuetudo, quæ ad delinquendum inuitat.
- 23 Duellum Davidis & Goliathi, instinctu S. Spiritus initum.

- 24 Duellum hoc tempore nil aliud, quàm diabolica suggestio, & mera Dei tentatio, per quam & corpora & animæ amittuntur.
- 25 Qui in ludis vel colluctationibus ab usu vel consuetudine ciuitatis introductis, homicidium perpetrat, nullam pœnam incurrit.
- 26 Consuetudo etiam iniqua, & iniusta excusat à pœna temporali.
- 27 Ab omni homicidio à lege vel consuetudine tolerato, excipitur semper proditio.
- 28 Pudicitia suæ insidiantem occidens, pœnam non meretur.
- 29 In concubinam, non committitur adulterium.
- 30 Omnis fornicatio extra Matrimonium, est transgressio legis Diuinæ.
- 31 In priuilegijs vel pœnis non fit extensio ex identitate rationis.
- 32 Concubinatus legitimum nomen accepit, quo ad euitandam pœnam ex illicito complexu debitam, non quo ad fauorem & priuilegia, iustis nuptijs concessa.

- 33 *Concubinatus à lege concessus, quasi necessitate mali grauioris effugiendi.*
- 34 *Regulariter sufficit aliquem à damno seruari, non verò ad lucrum promouere.*

**H**OMICIDIUM legitimum, siue permissum, est cædes hominis, iubente, vel permittente lege, ab homine perpetrata. Idque nullam pœnam meretur: quia legitime factum habet impunitatem. l. Gracchus. C. ad l. Iul. de adult. Exempla autem talismodi legitimi homicidij, multa inueniuntur, & j. in licitore, seu executore publicæ vindictæ, qui iussu Magistratus hominem occidit, vt superioris mandatum exequatur, & ideò propriè non dicitur homicida, quia non ex voluntate, sed ex necessitate occidit. c. Si homicidium. 23. quæst. 5. Nec pœnam, sed laudem & præmium meretur. cap. Lex æterna, & c. Cum homo, & cap. non solum, & cap. qui malos. 23. q. 5. Omnis enim Magistratus ex Deo est, nec frustra gladium gerit, sed vt malorum coercetur

DE HOMICIDIO. 15

tur audacia, & puniantur maleficia. Bo- 3  
 norum verò quies & innocentia defen-  
 datur. cap. non frustra. Ead. causa & q. l.  
 Ita vulneratus. Ad l. Aquil. l. Congruit.  
 De offic. Præsid. Et quando deesset pu-  
 blicus executor, favore publicæ utilita-  
 tis, ne delicta impunita manerent. d. l.  
 Ita vulneratus. Ad l. Aquil. d. l. Cōgruit.  
 de offic. Præsid. posset Iudex priuato iu-  
 bere, vt adimpleret munus executoris  
 publici, inchoando tamen à personis vi-  
 lioribus, secundum Barto. & alios, in l.  
 fin. De pigno. act. & Hipp. de Marfil. in l.  
 j. in viij. limitat. Ad l. Cornel. de sicar.  
 Quòd autem diximus liçtoris munus  
 esse publicum & impunè, limitatur sin- 4  
 gulariter, vt non procedat in liçtore ini-  
 mico, qui sub prætextu publicæ vindi-  
 ctæ, priuatim quoque se vicisci conten-  
 deret: nam ita vt verus homicida delin-  
 quit: quia in delictis solus animus inspi-  
 citur. l. Diuus, ad l. Cornel. de sicar. Et  
 omnis actus humanus ab intentione & 5  
 principali proposito iudicatur. l. ix. C. de  
 Sicar. l. Qui iniuriæ, & l. Verum, de furt.  
 Et ideò sublata voluntate, omnis actus 6

est indifferens, secundum Bald. in l. Fæ-  
dissimam, per illum textum. C. de adul.  
Ideò si talis executoris publici, peruersa  
intentio, ex quibusdam, signis innotef-  
ceret, puta si presentibus quibusdā, di-  
ceret morituro, nunc tandem deuenisti  
in manus meas, & meam vlciscar iniu-  
riam, proculdubiò iure puniendus esset:  
7 quoniam omne peccatum, quod in De-  
um admittitur, si Magistratibus inno-  
tescat, temporali lege punitur. Si occul-  
tum manet, solum Deum habet vltor-  
em. c. Cùm minister 23. q. 5.

8 Secundò, Exemplum legitimi ho-  
miciidij, cõstitui potest ex l. Furem, iun-  
cta gl. de sicar. vbi licitū est furē noctur-  
num res asportantē, impunè occidere.

9 Tertiò, Licet etiam occidere furem  
diurnū telo se defendentem. l. Si pigno-  
re. §. Furem, de furtis.

10 Quartò, Licet marito occidere vilem  
adulterum noctu depræhensum. l. Grac-  
chus. C. de adult. l. marito, & l. Si adulte-  
rium. penult. ff. eod.

11 Quintò, Licet marito impunè occide-  
re adolescentem, de adulterio suspectū  
præcedente

DE HOMICIDIO. 17

præcedente trina monitione. Auth. Si quis. C. de adult.

Sextò, Licet patri occidere quemuis adulterum, cum filia depræhensum, dummodò vtrunque occidat. l. j. cum iij. seq. & l. Nihil, de adult. 12

Septimò, Licet occidere transfugam vel hostem ciuitatis. l. iij. §. fin. de sicar. 13

Octauò, Licitum est occidere bannitum, virtute iuris municipalis, secundum DD. in l. j. de sicar. Aduerte tamen hoc procedere, si quis occidat bannitum simpliciter: nam secus erit, si ipsum occiderit proditoriè: Nam talis occisor proditorius, priuilegio statuti non gaudet, sed vt dolosus homicida punitur, secundum Ang. in l. fina. per illum textum. C. de delat. & latè Hipp. de Marsil. singula suo 16. Item & secundò, præcedens dictum limitatur, vt non procedat, quando quis bannitum occidit, potius ad priuatam, quàm publicam vindictam, per text. in cap. cum minister. 33. quæst. 5. & per ea quæ supra diximus, in publico ex-ecutore. 14

Notandum tamen, quòd occidens 16

bannitum, etiam ad publicam vindictā,  
licet poenam non mereatur, attamen fa-  
cti infamiam, non euitat, & apud omnes  
& graues viros notatus est, secundum  
Bal. in l. Decuriones. C. Ex quibus caus.  
infa. irrog. quem sequitur Hippo. in l. j.

17 nume. 74. De sicar. Nam regulariter  
omnis homicida voluntarius, licet lege  
vel statuto iuuetur, vilis persona repu-  
tatur, adeò vt in facto graui, siue ardua  
causa, sine tortura non admitteretur in  
testem, secundum Bald. in Auth. Si di-  
catur, col. fin. C. de test. & Hip. in d. l. j. de  
Sicarijs.

18 Nonò, Potest poni exemplum, in in-  
sultato, occidente aggressorem suum,  
quando aliter salutem suam tueri non  
potuit, quia ad necessariam corporis sui  
tutelam, occidisse videtur. l. vt vim,  
cùm ibi not. De iust. & iur. Nam occide-  
re volens, iure occiditur. l. Si ita, de Si-  
ca. l. ij. C. de Sic. Quod dictum, etiam ad  
Sacerdotem celebrantem, communi-  
ter extenditur: quia naturalis defensio,  
peccatum non habet, secundum DD. in  
dict. l. vt vim, Abb. in cap. Clerici, de vita

DE HOMICIDIO. 19

& ho. cler. Hippo. de Marf. in d. l. j. num. 29. de Sic. Quod tamē in foro poli, procedere non arbitror, quia Euangelicæ doctrina repugnat, quæ vuult, Christianum militem, patienter ferre insultus & contumelias & percussiones, citra vltionem & vindictam, iuxta illud, Si quis te percusserit in vna gena, præbe ei & alteram, neque malum pro malo reddas. Et ait D. Hiero. Christianæ militiæ conuenire, afflictionibus & calamitatibus excuti & probari: in foro tamē fori, crederem, me excusatum esse, neque vllam incurrere censuram, aut irregularitatem, secundum constitutiones Ecclesiæ Romanæ.

Decimò, Potest poni exemplum in homicidio, ppetrato in monomachia, quæ licet omni iure sit reprobata. capit. Monomachiam. 2. quæstio. 4. l. vn. C. de gladiat. lib. XI. tamen de consuetudine toleratur, vt docet quotidiana experiētia, & latè tractat Paris de Puteo, in suo tract. de duello, in prin. Quæ consuetudo, licitum facit, quod alias esset illicitum. l. certi condictio. §. si nummos, &

19

20

## TRACTATUS

20  
 21 ibi not. Rom. si cer. pet. Aduertendum  
 tamen, quod consuetudo iuri naturali,  
 vel legibus vel canonibus contraria, ve-  
 22 rius dicitur corruptela. c. Cum venera-  
 bilis, in fi. & c. fin. in prin. Nec valet con-  
 suetudo, quæ inuitat ad delinq̄ndum,  
 capit. penultimo, de consuet. Et ideo  
 tales monomachie cum omninò corru-  
 ptelæ dicantur, contra ius diuinum &  
 humanum, à supremis Principibus non  
 permittuntur, veluti à Papa, Imperato-  
 re & Regibus, sed duntaxat ab inferiori-  
 bus, qui superiorem cognoscunt, vt vi-  
 deantur talibus modis illicitis & repro-  
 batis, suarum iurisdictionum autho-  
 ritatem augere vel conseruare: quæ res  
 cum omninò manifestum peccatum cō-  
 tineat, & grauissimi ac p̄niciosissimi sit  
 exempli, à supremis Principibus prorsus  
 deberet prohiberi: neq; mouere debet  
 23 exemplum Dauidis & Goliathi: nam  
 duellum illud, instinctu S. Spiritus initū  
 fuit: nunc autem nihil aliud est duellum  
 24 quàm Diabolica suggestio, & mera De-  
 tentario, per quam & corpora & anima  
 certissimè amittuntur, d. c. Monoma-  
 chia

chia, vbi gl. notab.

Vndecimò, Poni potest exemplum in homicidio perpetrato in ludis, vel colluctationibus ab vsu vel consuetudine ciuitatis alicuius, introductis: Si n. sic quis alterum occidat, propter cōsuetudinem ipsam semper toleratam, nullam poenam incurrit, Pet. de Anch. consi. 2. Iure scripto, Alex. consi. 107. Per indignationem col. 2. Cremen. in sing. 149. Mos puerorum, Latè Hip. consi. 90. Illumina quæso Domine. col. 2. nam consuetudo etiam iniqua & iniusta, excusat à poena temporali, gl. ord. in c. Cùm venerabilis, De Consuetud. gl. in c. Sanè De temp. ord. Rom. sing. 19. Hip. d. consi. 90. col. 1. vers. Ad quod dicendum moueor. Quam conclusionem, probabiliter limitarem, nisi in talibus ludis consuetis. quis alium proditoriè: occideret: nam ab omni homicidio à lege vel cōsuetudine tolerato, semper excipitur proditio, quæ adeò est detestabilis, vt excusationem vel veniam non mereatur. d. l. fin. Vbi Ang. C. De delat. & dictum est supra in princ. huius art. diceturque in-

fra latiffimè, in tractatu homicidij proditorij.

28 Duodecimò, Et vltimò, poffet etiam proponi exemplum, in eo qui occidit eum, qui non quidem vitæ fuæ, fed puditiæ fuæ infidiabatur, prout exemplum est apud Plutarch. in vita Marij Imp. Quod optimè probatur, argumento fumpto à maiori, iuxta text. in Auth. Multò magis C. de. SS. Eccl. l. fi quis non dicam C. de Epif. & cle. l. Ifti quidem, in fi. quod met. cauf.

DENIQUE pro complemento huius primi capitis, de legitimo homicidio, quoniam supra diximus, maritum poffe impunè vilem adulterum, de nocte deprehenfum, vel adolefcentem trina admonitione præcedente, occidere quæritur, an dicta in marito, locum fibi vendicent quoque in concubinario? Et prima quidem fronte, videretur quod fic: quia concubinatus, Matrimonio æquiparatur, & legitimum nomen accepit l. i. & 3. de concub. & lex, aliquando concubina, vxoris nomine vocat l. Si vxor, verfi. Planè de adult. Item affectio par  
 esse

esse vietur, licet impar sit dignitas l. Affectionis, de donat. Itē q̄ concubina est in presentia, eadē quoq; vxor est in potētia propinqua, de qua quidem potentia propinqua, idem quod de actu iudicamus l. fin. De Milit. test. Attamen contrarium est verius, quoniam in concubinam, non committitur adulterium, neq; poenæ appositæ violanti Matrimonium, committuntur in concubinam l. Transigere, cum ibi not. C. de Transact. Adde quod Matrimonium est iuris diuini. concubinatus verò est iuri contrarius. Est n. omnis fornicatio, extra matrimonium, transgressio legis diuinæ: nam habetur in decalogo, non mæchaberis. Et licet de iure ciuili, toleretur, toto titu. de concub. tamen ijs priuilegijs non gaudet, quæ legirimum Matrimonium meretur. l. i. cum ibi not. Sol. Matri. Nam ex concubinato, legitima soboles non procreatur: quod tamen vt fiat Reip. interest, ad offitia & dignitates obeundas, quæ solis naturalibus non patent. ca. i. §. Naturales. Si de feud. def. fit controuerf. & priuilegia vxoribus in-

29

30

dulta, nō competunt concubinīs l. Mulieres. C. de dignit. lib. xii. item nati ex concubinato, in potestate parentum non sunt, inst. de nupt. in pr. Item grauat̄ur In hoc vir, vt non possit sine causa, vxorem suam dimittere, vel repudiare. Concubinam verò, quando cunque potest. Item vir Matrimonij onera sustinere, liberos legitimos & vxorem alere compellitur, & illis legitimam, seu bonorum subsidium relinquere. l. Pro oneribus C. de iure dot. l. Dotis fructus. ff. co. l. Papinianus. §. Quarta, de inoff. test. Alth. nouissima C. Eod. & tot. tit. C. de alend. lib. singula singulis referendo.

Patet igitur ex prædictis, iustiorē causam esse in marito, qui vindicat iniuriam, legitimo thoro illatam, quàm in concubino, qui oneribus huius modi non est subiectus. Præterea maritus, & vxor, vna caro reputantur, & inter eos datur legitima successio. C. vnde vir & vxor. Præterea concubinus, iure mariti accusare nō potest, sed iure extranei. d. l. Si vxor, in principio, & in priuilegijs vel pœnis, non fit extensio ex identitate rationis,

tionis, vt latè per Imol. & Rom. in l. Si  
 verò. §. de viro, per illum tex. Sol. matr.  
 nec obstat, quod concubinatus legiti-  
 mum nomen accepit. Respondetur n.  
 legitimum nomen censerì, quoad pœ- 32  
 nam euitandam, ex illicito complexu  
 debitam, secus quo ad fauorem & priui-  
 legia, cum cæteris concessa: quoniam  
 non actiue, sed permissiue à lege cõcedi-  
 tur, & quasi necessitate grauioris mali  
 effugiendi, scilicet vt is qui se contine-  
 re non potest, nec tamen onera matri-  
 monij subire vult, magis concubinam 33  
 domi alat, quàm foris, vel alienas vxo-  
 res appellet, aut filias sollicitet. Quam-  
 obrem sufficit, actũ causatiue necessari-  
 um, modico fauore donari l. Tutor C.  
 De negot. gest. Et facit in simili. Nam  
 consuetudo iniusta, diutius tolerata, ex-  
 cusat, etiam à pœna temporali, licet ad  
 validitatem actus, nihil profit, secun-  
 dum Alex. in d. consi. 107. Pro inuestiga-  
 tione, col. fin. vol. 2. Ad alia patet respon-  
 sio: & regulariter sufficit aliquem à dam-  
 no preseruari, nō verò etiam ad lucrũ 34  
 promouere.



DE HOMICIDIO CA-  
suali, I I<sup>a</sup>. specie.

\* \*  
\*

S V M M A R I A.

- 1 Si culpa precedit casum, quis de casu te-  
netur?
- 2 Casuale homicidium, fato potius, quàm  
noxa imputatur, ideoque non pu-  
nitur.
- 3 Regula, Qui causam damni dat, damnum  
dedisse videtur, qualiter accipien-  
da.
- 4 Quae praeter culpam & intentionem cõ-  
tingunt, fato imputantur.
- 5 & 6 Geminatio auget affectum, & peccata  
venialia, geminata, efficiuntur mor-  
talia.
- 7 Index per imperitiam ad mortem, quem  
condemnans, an velut homicida sit  
puniendus?

puniendus?

- 8 Turpe est Iudici ius profitenti, id ipsum in quo versatur ignorare.
- 9 Iudex per imperitiam male iudicans, facit litem suam.
- 10 Sententiam Iudicis per imperitiã latam, casui fortuito equiparari, qualiter intelligendum.
- 11 & 14 Iudex per imperitiã, & sic culpam, ad mortem cõdemnans, extra ordinem punitur: refutatioq; derisionis Baldi in l. Huic scriptura. §. Si seruus. ff. Ad l. Aquil.
- 12 Si Iudex aliquo colore prouocatus, per iracundiam reum morti destinet, pœnam deportationis incurrit.
- 13 Iudex pecunia, vel gratia corruptus, ad mortem aliquẽ cõdemnans. Iure ff. ultimo supplicio afficitur, de iure nouissimo, cõfiscatis bonis, perpetuo exilio punitur.
- 15 Potentia actui propinqua, pro actu habetur.
- 16 Infans & furiosus, verè non dicuntur, peccare: cum non habeant consensum vel voluntatem.

- 17 *Bruta enormibus flagitijs contaminata, morte puniuntur: ne si viuere permittantur, indignam fati memoriam refricent.*
- 18 *Dans operam rei illicitæ, si quid mali præter intentionem contingat, de casu tenetur, cum semper culpa præcessisse videatur.*
- 19 *Culpa & negligentia, quandoque pro casu fortuito capiuntur.*



**H**OMICIDIUM casuale, est cædes hominis, casu, non voluntate, ab homine perpetrata, nulla ipsius culpa, interueniente: nam si culpa aliqua, casum præcederet, nõ Casuale, sed culposum diceretur, & in sequentem speciem transiret. Quod enim vulgo dicitur, neminem de casu teneri l. Si putator. Ad l. Aquil. l. Quæ fortuitis. C. De pig. act. non procedit, quando culpa casum precessit. l. Qui occidit. §. In hoc, vbi gl. not. eod. tit. Ad l. Aquiliam. Casuale ergo homicidium, non punitur? quoniam fato potius, quam noxæ imputatur

## DE HOMICIDIO. 29

putatur. l. j. C. de Sic. l. j. §. Diuus. ff. Eod.  
l. Item Mela, in princ. Si ex plagis. §. fin.  
Ad l. Aquil. vbi ludentes in loco solito,  
Si iactu vel impulsu ludentis, alius cadat  
vel offendat, ludens nullam poenā me-  
retur: cum casu magis illud, vel culpa  
contigerit, facit tex. in c. Lator, in c. Ex-  
hibita, & in c. Ioannes, De homicid. Fa-  
cit quod consuluit Socy. confi. 16. circa  
prædictam, volu. j. quod iuuenis qui lu-  
dēdo ad iactum pili ferrei, in loco solito  
alium occidit, nulla poena omninò te-  
neatur: & quod consuluit Hip. confi. 91.  
vbi iuuenem, qui ludebat cum socio lu-  
do gladiatorio, & ipsum occidit inuitus,  
ab homicidij poena defendit: facit tex.  
cū ibi notatis in l. Qua actione. §. Si  
quis in colluctatione, Ad l. Aquil. tamē  
in casu Hip. non debuit factum omninò  
esse impunitum: quoniā aliqualis cul-  
pa præcessit: sciebat enim valdè pericu-  
losum esse strictis gladijs colludere.

Debet igitur prudens iudex, omnes  
circumstantias diligēter excutere. l. Aut  
facta De poen. & culpam, à casu, item à  
dolo, diligenter distinguere, & pro mo-

do culpæ, pœnam imponere, secundum Bal. in l. j. C. vnde vi. Socy d. confi. 16. col. fin. l. Sancimus. C. de pœn. Ex quibus rectè concluditur, casuale homicidium, ad instar legitimū non puniri. Contra

- 3 quod tamen obstare videtur, vulgaris regula, qui causam damni dat, damnū dedisse videtur. d. l. qui occidit. §. In hoc Ad l. Aquil. Igitur qui quoquo modo, dat occasionem mortis videtur esse puniendus.

- Sed respondeas, dictam reg. procedere, vbi aliqua culpa concurrat: tūc enim proprie causam dedisse censetur, alioquin sine culpa nemo punitur. d. l. Sancimus. C. de pœn. Talia enim quæ præter culpam & intentionem contingunt, Dei voluntate, & prædestinatione euenire censentur. Et hoc est, quod lex dicit, fato imputari, hoc est diuinæ voluntati & prædestinationi. Sic Exod. cap. 21. Si quis hominem, non volens occiderit, quia Deus eum in manus suas tradidit, locum habebit, ad quem confugiat, vt saluus fiat: & ideò qui inuitus hominem occidit, minister Dei esse cen-

cenfetur, cuius iudicia hominibus funt  
 occulta c. nec is. 15. q. 1. Verùm contra  
 prædicta videtur facere tex. in c. conti-  
 nebatur, de homicid. vbi Clericus, pro-  
 pter homicidium merè casuale, gradu  
 & officio priuatus est, velut irregularis.  
 Sed responde, quòd ille Clericus, fuerit  
 faltem in aliqua culpa. Nam exercuit lu-  
 dum, clericis insolitum, & ludentibus  
 Laicis se immiscuit. c. clericus 2. quæst.  
 7. Item vltra culpam insolitj ludi, & im-  
 mixtionis cum laicis, non adhibuit di-  
 ligentiam requisitam in talj ludo, remo-  
 uendo falcem à latere, cum verifimili-  
 ter debuerit cogitare, laicos in ipsum  
 insultaturos, secundum pactum ludj: &  
 licet talis culpa fuerit leuissima, tamen  
 quia fuit geminata, velut grauior facta,  
 poenā priuationis induxit: Geminatio 5  
 enim auget effectum, siue super licito,  
 siue illicito cadat, secundum Bal. & DD.  
 in l. Cum scimus. C. De Agric. & cen-  
 sit. lib. 10. & in l. Balista ad Trebell. & la-  
 tè per Hip. in sing. 378. Geminatio actus 6  
 facit, quod dicj solet vulgò, peccata ve-  
 nialia & geminata, efficj mortalia, cap.

Nouæ. iuncta glossa 25. dist. cum simil.  
 7 Iuxta præmissa quæritur, An Iudex per  
 imperitiam quem ad mortem condem-  
 nans, velut homicida sit puniendus? Et  
 videtur quod non; quia sententia Iudi-  
 cis, per imperitiam lata, casui fortuito  
 æquiparatur l. Si per imprudentiam, de  
 euct. At homicidium casuale, non pu-  
 nitur. l. Si putator Ad l. Aquil. Sed con-  
 trarium tamē, in hac quæstione verum  
 est: quia talismodj Iudex, in lata culpa  
 8 censetur, cum turpe sit Iudici ius pro-  
 fitenti, id ipsum in quo versatur, igno-  
 rare l. ij. §. Seruius Sulpitius, de orig. iu.  
 Et turpissimum, atque criminofum est,  
 9 artem quam quis ignorat, profiteri: &  
 ideò non excusatur Iudex, qui per im-  
 peritiã malè iudicauit, sed facit litem  
 suam, & poenã patitur. C. De poena iud.  
 malè iudic. per to. tit. Non obstat, quòd  
 sententia Iudicis per imperitiã la-  
 ta, casui fortuito æquiparatur: nam hoc  
 10 verum est quo ad tertium, ne de eucti-  
 one teneatur: Nemo n. quantumcunq;  
 prouidus, effugere potest, quo minus  
 damnum sibi per iniuriam fiat, lege Ad

eos, Commodati: Secus tamen est respectu ipsius iudicis malè iudicantis, circa quem distingue tres casus.

Primus est, quādo p̄ imperitiā, & sic culpā, ad mortē cōdēnauit, puta culposum pro dolo, vel ex coniecturis & præsumptionibus, contra tex. in l. fin. C. De probat. & in l. Qui sentētiam, de poen. & tūc vt culposus, extra ordinem punitur, lege fin. De var. & extraordin. cognit. 11

Secūdus casus est, quādo iudex aliquo calore prouocatus p̄ iracūdiā reū morti destinauit: quo casu poenam deportationis incurrit: text. est sing. in l. Lex Iulia. §. fin. Ad legē Iul. rep. quem singularem dicit Rom. in leg. cum mulier. 17. versi. Aduerte tamen. Sol. matr. 12

Tertius casus est, quādo iudex aliquē dolosē ad mortem cōdēnauit, pecunia scilicet, vel gratia corruptus, quo casu Iure Pandect. capite, id est, vltimo supplicio punitur. dict. leg. Lex Iulia. §. fin. Ad l. Iul. repet. De iure autem nouissimo, confiscatis bonis omnibus, perpetuo exilio punitur. Auth. Nouo iure 13

C. De pœna iud. qui malè iud.

Sed contra primum caput huius distinctionis, in quo diximus, Iudicem qui per imperitiam iuris malè iudicauit, teneri tantùm de culpa, & extra ordinem esse puniendum. d. lege fin. de var. & extraord. cog. videtur facere decisio Baldi in leg. Huic scripturæ. §. si seruus. per illum tex. Ad leg. Aquil. Vbi tenet quòd Iudex, qui morti adiudicauit vulnerantē lethaliter, ante mortem vulnerati, capite puniri debet. Et subdit quod D. Odof. miles noster fuisset decapitatus, dū esset potestas Florentiæ, nisi per aduentum Ducis esset liberatus: & tamen ibi non fuit dolus, sed per imperitiam vel iracundiam fortè propter enormitatem facinoris, quibus casibus mitius punitur, vt supra diximus. Quare puto illam decisionem Baldi non esse veram, neque D. Odoffredum fuisse decapitandum: quoniã motus fuit zelo iustitiæ, ad publicam vindictam. Et licet transgressus esset statutū, tamen secundum iura iudicauit, quæ solum aggressorem animo occidendi. l.

Corne-

Cornelia plecti volunt. l. Is qui cum te-  
 lo. de sicar. Undè de excessu tantùm ex-  
 tra ordinem fuisset puniendus, per ea,  
 quæ notab. tradit Alexand. consil. 140.  
 circa fin. & in consi. 119. num. 8. volum. 7.  
 Et maximè, cùm lethaliter vulneratus,  
 tanquam de proximo moriturus, ple-  
 runque habeatur pro mortuo, secun-  
 dum Bald. in cap. j. in princ. Quib. mod.  
 feud. amit. Hippo. in l. j. col. 9. de sica.  
 Ang. in l. Qui poenæ, de manumiss. vbi  
 proximè condemnandus, pro condem-  
 nato habetur, & est tex. expressus, in dict.  
 l. Huic scripturæ. §. Si seruus, in fi. ibi,  
 quia verum est, eum à te occisum esse  
 tunc eum eum vulnerabas. Ad l. Aquil.  
 Et generaliter potentia actui propin- 15  
 qua, pro actu habetur. l. pen. De milit.  
 test. Sed hæc melius sequenti tractatio-  
 ni, de homicidio culposo conuenirent.

Pro complemèto verò huius capituli,  
 de casuali homicidio, notandum est,  
 quod infans & furiosus, semper casuali-  
 ter peccare dicuntur, quia alterum in- 17  
 nocentia, alterum fati infœlicitas excu-  
 sat. l. infans, de sic. cap. aliquos. 15. quæst. j.

Licet fortè verius dici posset, tales non peccare, cum non habeant consensum, vel voluntatem. l. Sed et si. §. & ideò quaerimus. Ad l. Aquil l. Quod certi, Locati. Et sine voluntate, peccatum dici non potest, secundum Bal. in l. Fœdissimam, C. de adult. Et hinc est, quòd Brutum cum careat intellectu & ratione, peccare non potest. l. j. Si quadrup. paup. fec. dic. Nec obstat, quòd Brutum aliquando morte puniatur. c. mulier. 15. quæst. 5. Nam illud non fit, nisi in enormibus flagitijs. Nam si bruta, tam enormi flagitio contaminata, viuere permetterentur, semper indignam facti memoriam refricarent. d. c. mulier.

17

Porro de homicidio Casuali, videatur tota distinctio. 9. & notab. distinctio gloss. mag. in cap. Sicut dignum, in verb. consilium, de homic. cas. vel vol. vbi ponit triplicem speciem homicidij, videlicet, Voluntarium, Casuale, & Necessarium. Sed voluntas, vel simplex est, vel dolosa, vt infra suo loco latius attingetur.

Vltimò, nota pro limitatione totius  
matc-

DE HOMICIDIO. 37

materiae casualis homicidij, quod dans operam rei illicitae, licet aliquid mali praeter intentionem contingat, tamen semper de casu tenetur: Semper enim culpa praecessisse videtur. l. Si seruus. §. Siquis infulam. Ad l. Falc. quamuis culpa & negligentia aliquando pro casu fortuito capiantur. 18 19

DE HOMICIDIO CVL-  
poso, I I I<sup>a</sup>. Spe-  
cie.

\*

S V M M A R I A

- 1 *Culposum Homicidium dicitur, quod culpa non voluntate contingit.*
- 2 *Culposi homicidij duae species.*
- 3 *Dans operam rei illicita, & sic cum sit in dolo respectu actus principalis, in culpa vero respectu homicidij subsequuti, de omni euentu tenetur.*
- 4 *Affectans onus viribus suis impar, vel immiscens se rei ad se non pertinenti.*

D 3

*ti, culpa reus est.*

- 5 *Qualibet levis culpa, ab officio suspendit.*
- 6 *Nobilis qui mandavit rusticum cedi fustibus, animo castigandi tantum si mandatarij fustibus eum castigantes occiderint, an mandans. l. Corn. teneatur?*
- 7 & 12 *Nō refert, an quis occidat, an mortis causam præbeat, quo ad pœnam. l. Corn. Limita, dum tamen dâs causam, habeat animum sic deinquendi, & sit in dolo: secus quando culpa tantum interuenit, quia mitius punitur.*
- 8 *Qui ultra intentionem deiquit, si verisimiliter cogitare potuit, ex delicto attentato grauius quid posse contingere, tenetur de eo, quod secutum est, non de eo tantum quod intendebat.*
- 9 *Dans operam rei illicitæ de omni euentu secuto tenetur: ita ut aliquo modo puniatur propter culpam: sed extraordinariis.*
- 20 *Vt quis ex mortis euentu secuto. l. Corn. puniatur,*

*puniatur, requiritur dolum vel animus occidendi praecessisse.*

- 11 *Vera & ordinaria pœna ut pro delicto infligatur, lata culpa nunquam dolo equiparatur.*
- 13 *Ex presumptionibus, quantumcunque violentis, nemo pœna corporali puniendus.*
- 14 *In delictis voluntas inspicitur, non exitus.*
- 15 *De consuetudine nemo punitur propter affectum, nisi effectus sit subsequutus.*
- 16 *An grauius reputetur, aliquem lethali- ter vulnerare, an verò stricto gladio terribiliter alicui insultare.*
- 17 *In maleficijs, quando delictum est perfectum, solus euentus inspicitur. Si non perfectum, voluntas attenditur, non euentus.*



**V**LPOSVM homicidium, **I**  
non voluntate, sed culpa  
contingit, & ita differt cul-  
posum à Voluntario, cuiusq;  
duæ sunt species.

2 PRIMA, Quando dans operam licitæ rei casu aliquem occidit, culpa tamen aliqua casum præcedente, vt in l. Si putator, ad l. Aquil. in princ. vbi putans arborem publicæ ac tritæ viæ impēdentem, deijciendo ramum non exclamauit, quo casu viatorem oppressit: vel quando tonsor eò loci, quo ludi solebat, seruum tondebat, vndè contigit tortam pilam, nouaculam in guttur serui adigere. l. Item Mela. in princip. ad l. Aquil. His certè casibus occisor dabat operam rei licitæ, sed in modo adhibendo culpam commisit.

3 Secunda species est, quando dabat operam rei veritæ, atque illicitæ, & tunc fuit in dolo, respectu actus principalis. In culpa verò respectu homicidij subsecuti: quam obrem magis punitur, quàm in casu præcedenti: quia de omni euentu secuto tenetur. l. Verùm & l. Qui iniuria, de furt. cap. Lator de homicid.

In hoc autem homicidij genere, debet Iudex diligenter excutere omnes circumstantias, quæ culpam ipsam augent, vel minuunt, & pro modo culpæ,  
pœnam

poenam statuere. l. Respiciendum, de  
 poe. l. Aut tacta, & l. Sancimus. C. eo. ca.  
 Sicut dignum, in princ. de homicid. Ad-  
 uertendum tamen est, quod licet multa  
 homicidia voluntaria, culpæ magis  
 quàm dolo ascribantur, vt in seq. specie  
 docebimus: hîc tamen de homicidio  
 Casuali, culpa casum præcedente, tracta-  
 mus, citra vllam intentionem, vel pro-  
 positum occidendi, vt sic occidens nun-  
 quam, neque in genere, neque in specie,  
 neque secundariò, neque primariò, de  
 homicidio cogitauerit, licet in actu  
 subsecuto, vel ratione modi, vel finis  
 culpam commiserit, eundem actum ad  
 alium finem dirigens, quàm ad occi-  
 dendum, & ideò tales de homicidio,  
 nullatenus puniuntur, sed de culpa tan-  
 tum. C. Presbyter. cap. Lator, cap. Sicut  
 ex literis. c. Sæpe. 50. Distin. l. Eum qui,  
 De Sica. l. 5. §. Si magister. l. Qua actione.  
 §. sed etsi quis, & d. l. Item Mela. & d. l. Si  
 putator, Ad l. Aquil. Quibus casibus  
 culposis connumeratur & ille, quando 4  
 quis onus viribus suis impar affectauit,  
 & per infirmitatem pōderi, vel impetui

resistere non potest. l. Idem iuris. §. Mulionem, Ad l. Aquil. Item culpa est, se immisere rei ad se non pertinenti. Ideoque imperitus artifex, imperitia sua damnum aliquod afferens, culpæ reus est. d. l. idem iuris. §. fin. & l. Si per imperitiam. de reg. iur.

Sed prædictis, multū obstare videtur tex. in cap. Dilectus, de homicid. vt Capellanus infirmus cōsenso equo, gratia captandi aëris, licet equus per imbecillitatem retineri non potuerit, & mulierem in via publica, cum puero transeuntem oppresserit, tamen culpæ reus non censetur, neque à celebratione suspenditur, cum tamen equi ferociam, & suam imbecillitatem præscire debuerit, dict. §. Mulionem. in fi. vbi casus expressus in oppositum. Et accedit, quòd quælibet leuis culpa ab officio suspendit. cap. Significasti. el. j. de homicid. Sed respondetur ad illum tex. in dict. cap. dilectus, q̄ reuera mirabilis est, quod ibi fuerit casus merè fortuitus, nullam habēs culpam. Cōcurrunt enim quatuor, quæ Capellanum excusant.

Primū

Primū est, quia dabat operam rei licitæ, nempe salubri exercitio obequitationis.

Secundū, quia equo solito, verhebatur.

Tertiū, quia equus strictè ab eo retractus, & freno cohibitus, id ipsum rupit, sessoremque suum excussit.

Quartū, quia mulier cum puero, ex obliquo ei obuiā facta est. Vndè equus ex obliquo illo & subito occurso conturbatus est, ita vt nihil sit, quod Capellano imputari possit. Fuit enim casus merè fortuitus, & à diuina quodammodo voluntate procedens, vt supra diximus in cap. de homicidio legitimo, & facit tex. in dict. l. j. C. de Sicar.

Iuxta præmissa, vocatur in dubium quæstio vulgaris, & quotidiana: Nobilis quidam mandauit, rusticum fustibus percuti, animo castigandi tantum, non occidendi. Mandatarij verò fustibus eum castigantes occiderunt, siue quia modum excefferunt, siue quia rusticus debilior erat, quàm vt plagas sustinere

posset, quæritur an mandans. l. Cornelia teneatur?

Et prima facie, videretur contra nobilem iudicandum, quòd nimirum l. Cornelia teneatur. Idque ex pluribus rationibus.

7 Primò quidem, quia in l. Corn. nihil refert, an quis occiderit, an verò mortis causam præbuerit. l. Nihil, de sicar. l. Ita vulneratus. Ad l. Aquil. Sed mandans causam mortis præbuit. Ergo, &c.

8 Secundò, in maleficijs qui ultra intentionem deliquit, si verisimiliter cogitare potuit ex delicto attentato grauius quid posse contingere, tenetur etiam de eo quod secutum est: non de eo tantum, quod intendebat, Barto. in l. diuus, de sicar. per text. in l. si quis aliquid. §. Abortionis, de pœn. l. Quoniam multa. C. de vi publ. Sed mandans verisimiliter cogitare debuit, quòd verbera sæpè mortem inferunt: non sunt enim limitata semper.

Tertiò, dans operam rei illicitæ de omni euentu secuto tenetur, non inspecta voluntate, vel proposito. l. Si seruus  
setuum

feruum. §. Si quis infulam, vbi Bart. Ad l. Aquil.

Quartò, ad infligendā verā poenā delicti iufficit delinquentē fuisse in dolo, faltem præfumpto, ex quo faltem in genere cogitauit tale homicidium facile fubfecuturum. l. Aut facta. §. Euentus de poen.

Quintò facit, quia videtur imputandum mandāti, quòd tales mandatarios elegerit, & ideò ipfum ex illorum facto teneri, inft. de societ. §. fin. l. debet. Nau-  
tæ. caup. ftabul.

Sextò, facit tex. in cap. Sicut dignam. §. Illi autem, de homicid. vbi mandans verberari clericum, & non occidi, fi occidatur, de occifo tenetur. Et hanc partem, vt veriore, tenet Barth. Veron. in conf. 34. Si vnquā. col. pen. Contrariam tamen opinionem tenet. Hip. confi. 67. & Dec. in confi. 483. Coepolla. 35 36. & 37. Ex quibus patet, iftam effe magis communem opinionem, à qua vt à mitiori non eft iniudicando recedendum. Fundamentum autem huius opinionis in hoc confiftit, quoniam certiffima eft

iuris reg. ab omnibus approbata, quòd  
 ad hoc, vt quis ex euentu mortis secuto  
 10 lege Cornelia, & sic vltimo supplicio  
 puniatur, requiratur, vt præcesserit dolus  
 vel animus occidendi: nam aliàs sola cul-  
 pa, etiam lata nō sufficit: quia vt pro ma-  
 leficio vera & ordinaria pœna delicti in-  
 11 fligatur, nunquam lata culpa dolo æqui-  
 paratur, gl. notab. in leg. In actionibus,  
 de in lit. iur. & in l. Si mora Sol. mat.  
 Bart. in l. Quod Nerua, depositi, Bal. in l.  
 Data opera, col. 4. C. Qui accus. nō pos.  
 per tex. in l. lege Cornelia, de sic. Cū er-  
 go mandans non habuerit animum oc-  
 cidendi, sed fustigandi tantum, respe-  
 ctu homicidij, præsumitur duntaxat in  
 lata culpa fuisse, non autem in dolo, &  
 per consequens pœna mortis non te-  
 netur. Nō obstant in contrarium addu-  
 12 cta. Et primò ad reg. l. Nihil interest, De  
 sic. respōdetur id pcedere, quādo in dā-  
 te causam maleficio fuit, etiā animus sic  
 delinquendi, & dolus, Secus verò quan-  
 do culpa tantum interuenit, quia tunc  
 mitius punitur, secundum præd. DD. in  
 præalleg. consilijs. Ad secundum, quòd  
 mandans

mandans aliquod violentum, in personam alterius, etiam de morte secuta tenetur, quia talem casum debuit providere. dicto §. Qui abortionis, & dicta l. Quoniam multa. Respondetur secundum prædictos DD, quòd illa iura procedunt in eo, qui habebat animum occidendi vnum. Vndè si duos occiderit, de utroque tenetur. Item in eo, qui fuit author rixæ, & personaliter adfuit, cui magis imputatur: quia videns rixam, sine homicidio fieri non posse, debuit abstinere: secus in absente, qui mandavit aliquod violentum fieri, sine tamen animo occidendi, quia tali excessui occurrere non potuit. Et ideò dispositio. l. Quoniam multa. in absente, seu mandante, locum non habet, per supra dicta. Vel dicad illum textum, quòd dans poculum amatorium grauidæ, & sic violentum abstrahens à sensu, est in dolo secundario quoad perdendum foetum. Licet enim tale poculum sit destinatum ad abortum, tamen vt potiatur suo fine principali, etiam omne medium necessarium velle videtur.

Ad tertium, de euentu, respondetur illam regulam procedere, scilicet quòd dans operam rei illicitæ de omni euentu tenetur: hoc verum esse, vt talis aliquando puniatur propter culpam: sed poena extraordinaria. Nulla enim culpa debet remanere impunita. l. Ita vulneratus, Ad l. Aquil. l. Sancimus. C. de poen. Secus autem in vera poena delicti, cum in dolo non fuerit.

Ad quartum respondetur negando assumptum, quia dolus præsumptus ad hoc, vt poena corporalis infligatur, non æquiparatur dolo, secundum Bartol. in dict. l. Quod Nerua. Depositi. Et idem ex præsumptionibus quantumcunq; violentis, nemo corporali poena punitur. l. fin. cum ibi not. C. de probat. c. Afferte, vbi. CC. de præsumpt.

Ad quintum respondetur, quòd mandanti non potest imputari dolus: nam in eo non fuit animus occidendi, sed imputabitur culpa, quòd duriores sui mandati executores elegerit, & omnem euentum non præuiderit. Nemo autem propter culpã, etiam latissimam,  
poena

pœnamortis tenetur, iuribus & rationibus præallegatis.

Ad sextum & vltimum, videlicet dic. cap. Sicut dignum, & cap. fina. de Homicidio, respondetur, quòd ibi non puni- tur quis vera & ordinaria pœna delicti propter dolum: sed pœna extraordina- ria, propter culpam & excessum, & ita declarant præd. DD. Hipp. in dicto con- sil. 67. & Dec. in dicto consilio 483. Qui omninò videantur. Et sic patet hanc opinionem esse magis communem & veriore, quæ velut æquior, est ample- ctenda, vt mandantes à pœna mortis li- berentur, & Doctor honorem vtilita- temq; consequatur.

Vt igitur in hac quæstione perfectam doctrinam consequaris, distingue tres casus.

Primus est, quando mandans iussit occidi, & mandatarij mandatum exe- quendo occiderunt, quo casu certum est, mandantem & mandatarium, pari pœna teneri. l. Vtrum, ad l. Pomp. De parricid. Barto. & DD. in l. non solùm. §. Si mandanti, de iniur. Saly. & DD. in

l. Non ideò minus. C. de accusat.

14 Secundus casus est, quādo mandans  
iussit occidi, & mādatarij duntaxet vul-  
nerauerunt: tunc enim de iure commu-  
ni mandans. l. Cornelia tenetur: licet in-  
tentio non fuerit suum effectum conse-  
cuta. Nam in delictis voluntas inspicitur  
& non exitus. l. diuus de fidei iur. l. Is qui cū  
15 telo, vbi no. gl. C. Eo. Attamen de con-  
suetudine nemo punitur propter affe-  
ctum, nisi quoque subsequutus sit effe-  
ctus, secundum Bald. in l. Data opera, C.  
Qui accus. non poss.

Tertius casus est, quādo mandans ius-  
sit solūm vulnerari sed mādatarius occi-  
dit, quo casu mandans pœna mortis, se-  
cundum communem opinionem, non  
tenetur, vt patet ex supra dict. Licet Cæ-  
pol. in d. suo cons. 34. Si vnquam magni-  
ficus, latissimè consuluerit, mandātem  
vltimo supplicio puniendum, respon-  
dendo ad omnia fundamenta quæ pro  
communi opinione adducuntur, Atta-  
men à communi opinione, vt benigni-  
ori, ne recedas. Nam ad hoc vt quis reus  
mortis constituatur, necesse est ipsum  
esse

## DE HOMICIDIO. si

esse in vero dolo. Item specifica & deliberata mente occidendi, cum dicat ipsa veritas, homicidia ex corde procedere. Et ad hoc non cadit responsio.

Ultimò pro complemento huius cap. de homicidio culposo, quæritur, an grauius reputetur aliquem gladio leuiter vulnerare, an verò stricto gladio, terribiliter alicui insultare? 16

Et prima quidem fronte, videretur dicendum, eum magis delinquere, qui vulnerat: quia is ad actum peruenit, quam eum, qui solummodo insultat: quia hic tantum conatur, & nihil efficit. l. Si quis non dicam rapere. C. de Episco. & cleri. Contrarium tamen determinauit summus practicus, in criminal. Iaco. de Bel. in sua practica, in Rubr. de inuasoribus, versic. & ipsum, in fin. per illum text. in dict. l. Is qui cum telo. C. de Sicar. Et facit ultra eum notabilis ratio: nam in maleficijs, quando delictum est perfectum, solus euentus inspicitur, & non voluntas. l. Aut facta. §. Euentus, de poen. Sed quando maleficium non est perfectum, non attenditur euentus, sed voluntas. 17

dict. l. diuus, vbi not. gl. in prima exposit.  
de sicar. Igitur vltra vulnus in vulneran-  
te nihil præsumitur, sed in inuadente,  
præsumitur animus occidendi dict. l. Is  
qui cum telo. C. De Sicarijs.

DE HOMICIDIO SIMPLI-  
ci, voluntario, seu puro, vt  
vocant, III<sup>a</sup>.

specie.

\* \*

\*

SUMMARI A

- 1 *Homicidium simplex vt dicatur volun-  
tariū, requiritur animus & volun-  
tas occidendi simplex & pura, quæ  
sine dolo sit.*
- 2 *Simplicitas voluntatis ex quibus conie-  
cturis potissimum colligatur.*
- 3 *Homicidium simplex voluntariū non or-  
dinaria pœna, sed mitiore, arbitrio  
iudicantis punienda.*
- 4 *Quando aliquid permittitur alicui cer-  
to modo, si modum excesserit, de ex-  
cessu*

*cessu tantum puniendus est.*

- 5 *Occidens conuitiantem, de excessu tantum tenetur.*
- 6 & 12 *Quævis causa etiam fatua & leuis excusat à dolo, limita dummodò causa ipsa non sit dolosa, & à mora delinquentis malitia procedat.*
- 7 *Dolosa intentio ad homicidium saltem in genere & conditionaliter preparata non excusatur vlla prouocatione sequenti.*
- 8 *Dans opem simpliciter delinquenti, qui verisimiliter etiam sine tali ope deliquisset: non tenetur ordinaria pœna talis delicti.*
- 9 *Consulens ei qui nihilominus erat facturus, de consilio nõ tenetur, nisi in atrocioribus, in quibus sola scientia vel simplex consensus punitur.*
- 10 *Homicidium simplex siue purum, à dolofo distinguitur intentione non effectu.*
- 11 *Quando culpa à dolo dependet, punitur sicuti dolus*



**H**OMICIDIVM / simplex voluntarium est cædes hominis ab homine prouocato voluntariè perpetrata, citra tamen vllum tractatum vel cogitationem præcedentem, vt in l. Si adulterium. §. Imperatores. De adult. & in l. 3. §. fin. de sic. Nam ad hoc vt voluntarium dicatur, requiritur animus & voluntas occidendi. Voluntas tamen simplex & pura, quæ sine dolo sit: quæ simplicitas, ex duobus potissimùm coniecturis colligi potest, nimirum ex eo, quòd nulla præcesserit, de hoc cogitatio, nullus uè tractatus: tum quoque quòd occidēs fuerit, aliquo modò prouocatus. Talis enim prouocatio excusat à dolo. dict. §. Imperatores, & voluntatem quodammodò coactam inducit, quæ ad defensionem potius quàm ad cædem refertur. dict. l. j. §. fin. de Sic. & l. Gracchus. C. de adult. Et tale quidem homicidium simplex voluntarium cum non dolo neque machinatione fuerit perpetratum. sed ex abrupta quadam & præcipiti, voluntate, & quasi coacta, purum

rum vocatur, quasi simplex & sincerum  
 nulla doli participatione permixta, & 3  
 pro eo nō imponitur pœna. l. Corneliæ.  
 neque vera & ordinaria pœna homici-  
 dij, sed mitior aliqua p̄ arbitrio Iudicis,  
 quia prouocatus & à dolo alienus magis  
 de excessu, quàm de cæde punitur di. §.  
 Imperatores, ibi, & magis, quia plus fe-  
 cit, quam quia se vindicare non debuit,  
 puniendus est, & per illū tex. Alex. conf.  
 140. ad fi. Vol. 2. & confi. 119. vbi allegat  
 communem opinionem, vol. 7. aureum  
 & notab. dictum retulit. quod fuit Ang.  
 in dict. §. Imperatores. videlicet, quòd 4  
 vbiunque alicui permittitur aliquid  
 certo modo, si modum ipse excefferit,  
 non de toto delicto, sed tantum de ex-  
 cessu puniendus sit, & exemplum dat in  
 marito, qui non possit vxorem in adul-  
 terio depræhensam occidere, sed si quid  
 velit tenetur iniuriam iudicialiter vlei-  
 sci. l. 2. §. fi. & l. Nec in ea, in fi. de Adult.  
 Vndè si occiderit eam non tenebitur  
 pœna. l. Cor. sed de excessu tantum venit  
 puniendus mitius. Ita qui occidit eum  
 qui sibi conuicium facit, quia vindicta 5

erat certo modo permiffa, non tenebitur in totum de homicidio, fed de exceffu tantum: quod dictum confirmatur ex eo, quod fupra dictum eft, videlicet vera & ordinaria poena neminem puniendum effe, nifi dolus interuenerit. l. Lege Cornelia de fic. & Bal. in l. Data opera. C. Qui accus. non poff. Sed quæuis caufa etiam fatua & leuis excufat à dolo. l. Igitur. §. j. de lib. caufa. gl. in l. Plagij. C. de plag. Soc. in l. iufte poffidet. col. j. de acq. poff. Iaf. in l. Si quis maior. col. j. C. de tranfact. prouocatio igitur femper excufat à dolo. Facile enim debet ei ignofci, qui prouocatus vlcifcitur, per iura præd. l. qui cum natu. §. Si libertus de bo. libert. Ex prædictis inferri potest ad quæftionem multum difficilem & quotidianam. Duo erant inimici capitales & grauiffimo fe odio inuicem profequentes, fibi mutuo obuiam facti in via publica, quorum alter vt fæpè contingit, impingit in alterum, aut alio leui aliquo verbo vel facto ipfum prouocat, alter verò illum ftrifto gladio interficit, vnde quæritur, an tale doloſum vel simplex homicidium

homicidium dicendum sit? Reuera quæstio difficilima est. Et prima quidem facie videretur dicendum talem occisorẽ à pœna. l. Cor. liberandum postea quam fuerit prouocatus: & quælibet causa etiam leuissima excusat à dolo: sine dolo verò, vera atque ordinaria pœna nemo puniatur, p̄ ea quæ supra dicta sunt. Attamen saluo saniori iudicio, crederem hoc casu homicidium censerì dolosum, & l. Cornel. puniendum: quoniam tale homicidium iam erat in corde & desiderio capitalis inimici præcogitatum & conceptum, statutumq; vt primo verbo vel factò inimici quamuis leuissimo prouocatus, ipsum occideret: vnde licet talis prouocatio, causam effectui dedisse videatur, attamen reuera malus animus præcedens & odiũ capitale potissimùm causa homicidij fuerunt, neque enim leuis illa prouocatio tam seueræ vindictæ tantique facinoris causa fuisset, nisi malus animus & odium capitale præcessisset. Igitur effectus, causæ potissimum, non autem contingenti debet ascribi. l. Antepen. Ex quib. caus. ma.

l. 5. De cond. & dem. Præterea inimicus capitalis cōtinuè mortem inimici desiderat, vt patet ex quotidiana experientia: & licet non fuisset per aduersarium prouocatus, sed quocunque etiam alio modo verisimiliter occidisset. Quamobrem effectus occisionis, non illi prouocationi accidentali, sed malo animo præcedenti debet imputari. Et ad hoc benè facit, quòd dolosa intentio, iam ad homicidiū saltem in genere & conditionaliter præparata, non excusatur, vlla prouocatione sequenti, vt est casus in l. Antepe. §. sunt quidam de extraord. crim. vbi ingrediēs possessionem illius, qui fecit scopelismum, si occidatur, dicitur prouocasse, & tamen occidens à pœna capitali non liberatur, quia tale homicidium iam erat conceptum, & sub conditione suspensum. Similiter, dans simpliciter opem delinquenti, qui verisimiliter etiam sine tali ope deliquisset, non tenetur vera & ordinaria pœna talis delicti, quia iam prius in animo delinquentis erat conceptum & cogitatum. Latè Hipp. in l. Si in rixa. col. 6.

De sic.

De fca. Ita quoque consulens ei qui nihilominus facturus erat, de cōsilio non tenetur, nisi in atrocioribus, in quibus sola scientia, vel simplex etiam consensus punitur, veluti in crimine læsæ Maiestatis, vt est communis opinio secundum Felyn. in ca. Sicut dignum, in 3. not. de homicid. & probat tex. in c. Fœlicis, de poen. in vj. clemen. Si quis suadente, de homicid.

9

Ultimo facit, quia voluntarium homicidium simplex, siue purum distinguitur à doloso nō effectu sed intentione. dict. l. j. §. Diuus, de sic. Dicitur enim purum, quando voluntas nocendi immediate ex ipsa prouocatione processit. Quando verò voluntas nocendi iam ante rixam & prouocationem fuit, dolosum reputatur homicidium, & potius malo animo præcedenti quàm prouocationi ascribitur, per supradicta: nā nisi talis animus & odium præcessisset, tantus & talis excessus non contigisset.

10

Non obstat modò, quòd quælibet etiam leuissima prouocatio excusat à

dolo, & prouocatum in sola culpa constituit. di. l. Gracchus, & dict. §. Imperatores, de adult. dict. §. Si libertus, de bono. libert. Quoniam respondetur hoc ita demum procedere, si nullus dolus prouocationem præcessit, quia tunc omnis culpa & effectus subsequens à dolo originem capit, & pro dolo reputatur: nam à primordio titu. omnis posterior euentus formatur. l. vn. C. de impon. luc. descrip. libr. x. Igitur quando culpa à dolo dependet, punitur sicuti dolus. in l. Si quis. §. Abortionis, de pœ. l. Quoniam multa. C. de vi publ. l. Ad commentariensem. C. de cust. reo. Vbi culpa, quoniam à causa dolosa processit, morte punitur. Nam quemadmodum nemo de fortuito casu tenetur, nisi culpa casum præcesserit, quia tunc effectus non fortunæ sed culpæ imputatur. l. Si putator. Ad l. Aquil. Sic nemo propter culpam vera & ordinaria pœna punitur, nisi dolus culpam præcesserit.

Non obstat etiam text. in l. Item Me-  
la. §. Celsus. Ad l. Aquil. vbi effectus ho-  
mucidij

mici dii imputatur vltimo agenti, non primo, quamuis lethaliter vulneranti, quia nisi vltimus superuenisset, fortè exictu primi non periisset. Ergo in hoc casu, nisi vltima prouocatio superuenisset, fortè prouocatus non occidisset.

Respondetur enim ad hoc, quòd ibi tex. loquitur in facto diuersarum personarum, quo casu finis inspici debet. Secus verò in facto eiusdem personæ, quia finis culposus ad principium dolosum refertur, & secundum ipsum iudicatur. l. Qui saccum, de Furt. & dict. §. Abortionis. Et facit doctrina Barto. in l. j. & l. Balneum, Qui pot. in pig.

Vltimo & quidem pro complemento huius capituli quæritur. Aliquis summa egestate oppressus, mercatorem argento onustum occidit, obuium sibi factum in itinere vt pecuniam haberet, vtrum ex hac causa excusetur à dolo?

Breuitè respondeo quòd non, quia regula quæ habet, quod quælibet etiam iniusta causa excuset à dolo, procedit dummodò causa ipsa non sit dolosa, &

à mera ipsius delinquentis malitia procedens. argu. l. Cicero, de pœn. vbi non excusatur mulier, quæ oblatione pecuniæ prouocata partum abegit, sed capite fuit damnata, quoniam causa abigendi partum, dolosa fuit, scilicet stimulus auaritiæ: secus autem est quando causa non ab ipso delinquente, sed ab aduersario proficiscitur, quia tum dicitur prouocatio colorata, quæ delictum & pœnam

attenuat,

\* \*  
L \* L

DE



DE HOMICIDIO DOLO-  
so, V<sup>a</sup>. specie.

\*

\*

\*

- 1 *Dolus malus est fraudulenta machinatio ad nocendum.*
- 2 *Homicidium dolosum quid?*
- 3 *Pro doloso homicidio viles persone ultimo supplicio afficiuntur, nobiles vero deportantur.*
- 4 *Dolus nō præsimitur in actu indifferenti. qui non est de genere prohibitorū.*
- 5 *Actus dubius in meliorem partem accipi debet.*
- 6 *In dubio nobilior presumptio capienda est. ita ut delictum excludatur.*
- 7 *In actibus per se illicitis dolus præsimitur.*
- 8 *Ex facto principali præsumpto ordinaria pœna nemo punitur ne duplex præsumptio in eodem actu concurrant, facti & qualitatis.*

- 9 Dolus non potest nisi ex iudicijs & presumptionibus probari. Ea enim quae in animo consistunt extrinsecam probationem non recipiunt.
- 10 Dolus in homicidij materia ex inimicitia & odio precedente praesumitur.
- 11 Ex improbitate personae & delinquendi consuetudine, & praesertim in eodem genere mali, dolus praesumitur sicut. ex qualitate seu genere armorum & ex loco vulneris.
- 12 Fortior praesumptio vincit debiliorem, & plures coniecturas unam excludunt.
- 13 Plena probatio omnes coniecturas atque praesumptiones elidit.
- 14 Diffamatio ad inquirendum ut sufficiat contra aliquem debet esse in eodem genere delicti.
- 15 Locus vulneris debeatne magis attendi, an genus armorum?
- 16 In criminalibus ut obsoluatur reus, sufficit accusantis vel inquirentis intentionem quouis modo dubiam reddi.
- 17 & 18 Ad omnem finem iudicandum pri-

DE HOMICIDIO. 65

ma origo inspici debet, & à primordio tituli omnis formatur euentus.

- 19 Homicidia, quæ non ab animo offendentis immediatè procedunt, sed aliam causam productiuam habent, culposa dicuntur: nec ordinaria pœna legis Cornel. puniuntur.
- 20 Vulnerans lethaliter, si vulneratus prestigijs fuerit vsus, & nihilominus perierit, excusetur ne à pœna. l. Cornel?
- 21 Frustra expectatur hoc, cuius euentus nihil operatur.
- 22 Crimina innocentia purgantur, nō criminum relatione.
- 23 Statuta propriè & strictè accipienda.
- 24 Dicitio, ex immediatam causam significat.
- 25 Quando finis secutus est, non attenditur modi qualitas.
- 26 Volens finem, censetur velle omnia media, per quæ ad finem illum deuenitur.
- 27 Ad excusandum dolum in officio publico, iustissima causa requiritur.

1 **D**OLUS malus est fraudulenta machinatio ad nocendū l. j. §. Dolum. De dolo: vel breuius, dolus est malitia animi ad illicitum finem ten-

2 dentis: vel dolus est malum animi propositum ad illicita. Homicidium dolum est cædes hominis ab homine perpetrata, cum intentione & proposito necandi. l. j. §. Diuus, & l. Qui cædem, ad l. Corn. de sic. l. Respiciendum. §. Delinquant, & ibj Bart. De pœn. Pœna verò homicidij dolosi est vltimum supplicium. l. j. De sic. & Iust. de publ. iud. §. Itē l. Cornelia.

3 Sciendum tamen pro homicidio doloso plus puniri personas viles, quàm nobiles & honestiores. Nam viles vltimo supplicio afficiuntur, nobiles verò deportantur, dict. l. Qui cædem in princ. de sic. Salyc. in l. Is qui cum telo col. fin. C. eod. Gram. voto videlicet in fi. Sed opponitur contra prædicta, quòd de homicidio doloso ex l. Cornel. debeat puniri.

Et primò quia dolus non præsumitur.

l. Merito

.Merito. pro soc. l. si non conuitij. C. De iniur.

Secundò, Dato quòd dolus aliquo modo præsumatur, tamen ex præsumptionibus nemo corporali pœna tenetur. l. fin. C. de probat. cap. Afferte, de præsumpt.

Ad primũ respõdeo, q̄ procedat in actu indifferenti, qui nõ est de genere prohibitorum: nam talis actus in dubio potius bona, quàm mala intentione factus videtur: nam omnis actus dubius in meliorem partem accipi debet, cap. Estote. De reg. iu. in antiq. & in dubio, semp̄ nobilior præsumptio est capienda, ita vt delictum excludatur. dict. l. Merito, pro soc. sed in actibus per se illicitis dolus præsumitur, quoniam effectus causam demonstrat. l. Non codicillum. C. de testam. & omne maleficiũ præuenitur actum. l. j. C. de sic. & l. si non conuitij. C. de iniur.

Ad secundum, respondeo quòd ex præsumptione facti principalis, nemo corporali pœna damnatur. d. c. Afferte cl. fina. C. de Probatio. sed quando fa-

ctū principale verè p̄batur, tūc doli qualitas præsumitur, & ab ipso facto regulatur. l. Dolū. C. de dolo. Et ratio quare ex facto præsumpto nemo principali & ordinaria pœna punitur, satis patet: nam alioquin duplex præsumptio in eodem actu concurreret, scilicet facti & qualitatis: plures verò præsumptiones in eodem casu concurrere non debent. l. j. cūm ibi not. C. de dot. promiss. vndè necesse est factum vere probari, anteaquàm facti qualitas præsumi queat. Præterea dolum cūm in animo consistat, non potest nisi ex indicijs & præsumptionibus probari. dict. l. Dolum. C. de dolo. Ea enim que in animo consistunt, sensibus non obiciuntur, neque vllam recipiunt extrinsecā probationem, vt not. in §. sed istæ in verb. aliæ per glo. Inst. de action. Quæritur itaque ex quibus coniecturis dolum præsumatur? Respondeo, quòd ex multis quidem, sed præcipuè ex quatuor in hac materia, de homicid.

10 Primò, ex odio & inimicitia præcedente; nam inimicus, inimico semper malè vult.

Secundò

Secundò ex improbitate personæ, & consuetudine delinquendi, præsertim in eodem genere mali. C. semel malus. de reg. iur. vbi Dyn.

Tertiò, ex qualitate siue genere armorum, vtpotè, si quis gladio, vel hasta, vel pugione percusserit, vel similibus instrumentis ad mortem inferendam præparatis.

Quartò, denique ex loco vulneris, vt puta si quis in capite, pectore, vel ventre percusserit, locis nimirum periculosissimis, qui vulnus lethale efficiunt. ca. Significasti, el ij. in fi de homicid.

Per contrarium verò quatuor contrariæ coniecturæ dolum excludunt.

Primò, si nulla inimicitia præcessit, vel nulla causa inimicitia.

Secundò, si occidens sit aliàs bonæ vocis & famæ, neque solitus talia perpetrare.

Tertiò, si percusserit instrumento ad inferendam mortem non præparato, veluti clauæ, cucuma, baculo, calce, pugno vel simil.

Quartò, si percusserit in loco non pe-

riculoso, vtputa crure, brachio, vel humeris, aut similibus in locis, in quibus vulnus regulariter non est lethale. Et his enim retunditur doli præsumptio. l. j. §. Diuus, de sicar. l. Si eum. C. cod. & pulchrè Aret. in consi. 80. Sicut decc. in prin.

Sed modò quæritur, an vna ex prædictis coniecturis sufficiat ad excludendam doli præsumptionem? Respondetur quòd non: quia ad elidendam doli præsumptionem, quæ ex genere actus resultat, cum sit potentissima, plures coniecturæ contrariæ requiruntur, quemadmodum concludit Aret. in dict. consil. 80. in principio, & in consi. 24. Nam fortior præsumptio vincit debiliorem. l. Cum de indebito, de probat. l. Non est verissimile. Quod met. causa. Et plures coniecturæ vnā excludunt: plena vero probatio omnes coniecturas atque præsumptiones elidit. l. j. cum ibi no. C. Qui & aduers. quos.

Quæritur quoque an mala fama, siue consuetudo delinquendi sufficiat in genere? Et deciditur quòd non, sed requiritur

ritur vt sit diffamatio in eodem genere delicti, vt quòd homicida, quòdque solitus fuit percutere & vulnerare, & se de facto vlcisci, secundum Bar. in l. Cassius, de senat. & Gram. Voto 30. Quamobrem si inquiritur contra aliquem de homicidio, non sufficit diffamatio, quod solitus sit falsificare instrumenta, vel furari, quia talis diffamatio non est in eodem genere delicti, iuxta not. in dic. reg. Semel malus.

14

Ex prædictis nascitur alia notabilis quæstio, vtrum videlicet locus vulneris debeat magis attendi, an verò genus armorum? Et quidem Hippo. de Marli. in dict. l. j. de ficar. ait hanc esse suam nouam quæstionem, quamuis DD. eam communiter ponunt, vt videre est apud Felyn. & alios in dict. c. Significasti. cl. 2. de homicid. Pone, quidam videns suum inimicum digladiantem cum altero, accurrit cum hasta, vel gladio, & aduersarium in caput percutit, cum ligno haste, vel capulo gladij, cum tamen ferro percutere potuisset, ex quo ictu decessit ille, vtrum talis de homicidio tanquam

15

dolosus sit puniendus, an verò extra ordinem veluti de homicidio culposo?

Breuius DD. magis communiter concludere videntur, quòd licet ex genere teli siue instrumenti qualitate, insurgat quædam præsumptio pro percussente, quòd occidere noluerit. dict. l. j. §. Diuus, de sicar. Attamen quia percussit in parte magis nobili & periculosa, vna præsumptio elidit aliam, ita vt remaneat præsumptio doli, quæ ex actu siue effectu illicito resultat, iux. text. in d. c. Significasti.

In contrarium verò facit, quia quælibet etiam leuissima causa siue præsumptio contraria excludit dolum. l. Igitur. §. j. cùm ibi not. de lib. cau. glo. in l. Plagij. C. de plag.

16

Item ad hoc vt reus in criminalibus absoluator, sufficit accusantis vel inquirentis intentionem quouis modo dubiam reddi, secundum Barto. & DD. in l. Non solùm. §. Sed vt reprobari, de op. no. nun. Sal. in l. Matrem. C. de probat. Alexand. in consi. 15. Viso processu. col. 2. volum. j. Sed arbitror magis esse vt in  
hac

hac materia siue quaestione sic distinguatur. Aut enim percutiens erat capitalis inimicus occisi, & tum licet ligno percusserit, cum tamen ferro potuisset, ab homicidio doloso non excusatur: quoniam praecessit causa declarans effectum, & effectus secutus est causae correspondens. Nec quicquam facit praesumptio illa: quoniam inimicus facile praesumitur talem modum ad cautelam & colorem elegisse, ut dolum palliaret: vel etiam dici potest, quod inimicus talem modum percutiendi elegerit, non ut parceret inimico, sed propter maiorem fortassis opportunitatem, & ideo ratione talis inimicitiae praecedentis, semper durior est accipienda praesumptio. dict. c. Significasti.

Nam ad omnem euentum & finem iudicandum, prima origo suspici debet. 17  
 l. Verum, & l. Qui iniuriae, de furt. & dici solet, quod affectio operi nomen imponat, & à primordio tituli omnis formatur euentus. l. vn. C. de imp. luc. descrip. cum vulg. Aut verò non praecessit inimicitia, quae dolum praesumi facit, &

tunc tres casus. sunt distingendi.

Primus est quando occidens, licet nulla præcesserit inimicitia, accurrit cū armis ad mortem inferendam præparatis, puta, hasta, pugione vel gladio, & tūc si in loco periculoso cum ferro percussit, animum occidēdi habuisse videtur, & à dolo non excusatur, neque hic casus dubitabilis est.

Secundus verò casus est, quando talis accurrit cum telo ad mortem inferendam non adaptato, vtputa cum baculo, clauē, cucuma vel candelabro, aut simili, & aduerſarium in loco periculoso percussit, & tūc dicerem, tale homicidium non fuisse dolosum, quia non potest dici antea præcogitatum, nec vllam causam præcessisse dolosam: vndè potius dicitur purum voluntariū in ipso calore rixæ cōmissum. dict. l. j. §. diuus. de Sic. Atque ideo veram homicidij pœnam non incurrit, sed extra ordinem punitur vt supra in cap. præcedenti, de voluntario conclusum est: quòd ipsum tamen non absque difficultate procedit.

Tertius casus est, quando accurrit cum  
telo

telo ad inferendam mortem præparato, & tamen cum parte non lethifera percussit, cum tamen potuerit, & tunc procedit communis opinio, vt scilicet ab homicidio doloso excusetur, nec animum occidendi habuisse iudicatur.

Hiscæ tribus casibus addi poterit etiã Quartus. quando videlicet habens gladium vel hastam, nulla præcedente inimicitia, sed in rixa percussit aduersarium in loco non admodum periculoso, puta brachio, crure, vel humeris: & tum si lethale vulnus inflixit, præsumitur dolo occidisse, censeturque cum percussisse vbi potuit, & nulla est pars corporis quæ neruis aut musculis vacet, quorum abscissio tetanum seu spasmus gignere potest. Vndè talis non excusatur cum ferro percusserit, & mors sit subsequuta. l. j. in prin. de fidei.

Vltimo addi potest, ille quoque casus, quando quis percussit non lethali-ter, sed vulneratus erat adeò debilis & delicatus, vt ex vulnere etiam nõ lethali discessisset, iux. text. in l. Quæ actione. §. Sed si quis seruum, ad l. Aquil. vel quia

fortè totus sanguis effluxit, eò quod in tempore non fuit adhibitum remedium? Breuiter hic casus dubitatissimus est, sed DD. magis communiter concludere videntur, quòd talia homicidia, quæ non ab animo & facto offendentis immediatè procedunt, sed causam aliam productiuam habent, vtputa, nimiam debilitatem, nimiam formidinem, vel remediorum penuriam, Chyrurgorum absentiam, vel similem aliquam causam, quæ ab ipso percutiente non fuerit præcogitata, à dolo excusentur, & culposa potius dici: cum percutiens in lata culpa fuerit, non perpendens ex tali vulnere, multis de causis mortem subsequi posse, atque ideò. l. Cornel. non tenebitur, cuius regula est, quòd etiam lata culpa dolo non æquiparatur, neque ordinaria delicti pœna punitur.

Ego tamen in tali quæst. contrarium tenerem: nam licet non lethaliter vulnerauerit, quia tamen operam dedit rei illicitæ, ex qua facilè mors sequi potuit, mortis reus est, & l. Corn. tenetur: cum talem

talem euentum omninò præcogitare debuerit, & talis culpa latissima à dolo dependeat, & circa euentum mortis factum, dolus saltem secundariò interuenit: & ad hoc videtur iura esse aperta, in dict. l. Si quis aliquid. §. Abortionis, de poen. & l. Quoniam multa. C. de vi publ. & l. Si feruus. §. si quis infulam. Ad l. Aquil. & l. Qui faccum. de furt.

Præterea in omnibus his casibus semper est ad illud præcipuum axioma recurrendum, in delictis animum esse inspiciendum. Aut enim constat ex legitimis indicijs & coniecturis de animo occidendi, & sine dubio occidens de homicidio tenetur, quia animus & euentus sibi correspondet, & euentus ex facto ipsius delinquentis per media proxima & cogitata defluxit, neque talis euentus alteri causæ necessariò ascribi potest, quàm facto delinquentis. Secus si media essent remota & incogitata, ut si ægrotus omnino reconualuisset, nisi tale quid sua culpa vel aliorum superuenisset, quæ de re tamen latius in quæst. sequenti.

Sed occurrit hic alia notabilis diffi-  
 cultas, vtrum ille qui aliquem lethaliter  
 20 vulnerauit, excusetur à pœna. l. Cornel.  
 si vulneratus præstigijs vsus fuerit, vel vt  
 vulgò dicunt, si se fecerit incantari, & ni-  
 hilominus perijt? Et videtur vulne-  
 rantem adhuc teneri, quia omninò vi-  
 debatur periturus vulneratus, neque  
 causa accidentalis consideratur, sed ori-  
 ginalis, & frustra expectatur hoc, cuius  
 21 euentus nihil operatur, & remedium  
 bona intentione ad recuperandam salu-  
 tem adhibitum, etiam si nil profuerit,  
 non excusat eum, qui lethale vulnus in-  
 22 flexit, nam crimina innocentia purgan-  
 tur, non criminum relatione, & ita alibi  
 tenuit Hip. de Mar. Attamen contraria  
 opinio omninò verior est, quia per Dei  
 gratiam multa etiam lethalia vulnera  
 ministerio peritorum Medicorum &  
 Chyrurgorum curantur, & egroti etiam  
 pessimè habentes, adhibitis salutiferis  
 etiam remedijs ab eo datis, valetudini  
 restituntur, vt quotidiana docet expe-  
 rientia. vndè tali casu, mors potius pec-  
 cato incātameti & maleficij ascribenda  
 est

est, cum sit modus omninò illicitus, & Deo abominabilis, omniq̄ue iure prohibitus, q̄ nullo modo adhiberi debuit: nam propter peccata veniūt aduersa, ca. Nabuchodonosor dist. j. Et facit tex. in l. Item Mela. §. Celsus ad l. Aquil. vbi ultimo occidēti mors penitus imputatur. Quam opinionem latè tenet Soc. consi. 178. vol. j. Item Hip. in l. Nihil interest. nu. 13. de sic. Iuxta prædicta quæritur de alia frequenti & not ab. quæstione. Quidam animo occidendi aduersarium suū gladio vel hasta percussit in capite, ex quo ictu cecidit in lapidem, & colliso capite expirauit, an teneatur. l. Cornelia vel non. l. Breuiter DD. communiter concludere videntur ipsum non teneri, quia ex ictu inimici, non est immediatè secuta mors, neque per modum attentatum, sed potius modo fortuito ab ipso feriente non præcogitato. Et ad hoc vt quis vera delicti pœna teneatur, nō sufficit eum fuisse in dolo respectu finis, sed requiritur etiam dolus in modo, secundum Aret. in cons. 146. visa consultatione, col. pen. ver. sed contra est, & sequitur

Fely. in tract. suo de conatu, in pen. col. in fi. vbi dicit, de tali dicto non esse vnquam obliuiscendum, quoniam per hanc doctrinam nouam & fortissimam poterunt multi à poena mortis liberari, & Hip. in l. j. nu. 9. C. de Sic. Et facit quod voluit idem Fely. in ca. de cætero. de homicid. vbi tenuit, quòd stante statuto, quod si ex percussione sanguis exiuit, percutiens tali vel tali poena puniatur, statutum non habere locum, si ex ictu quis in lapidem impingat, atque ita sanguis effluxerit: quoniam statuta sunt strictè & propriè intelligenda. l. j. §. si is qui nauem de exercit. act. Et propriè sanguis non dicitur ex ipsa percussione emanasse, cum fuerit causa remota & immediata: dictio verò, ex, propriam & immediatã causam significat. l. j. §. Ex incendio, cum ibi not. de incend. rui. naufr. c. Inter dilectos. de fide instr. & not. Bal. in l. fin. C. Ad l. Aquil. & Flo. in l. qua actione. §. Celsus ait. ff. eo. Contrariam tamè opinionem in casu prædicto omninò verioremi puto.

Primò quoniam ille habuit animum  
occi-

occidendi, & effectus secutus est, licet  
 per modum incogitatum. vndè cùm fi- 25  
 nis & effectus suam intentionem habe-  
 ant, modi qualitas non attenditur. l. 3. C.  
 de inst. & subst. Nam volens finem, cēse- 26  
 tur omninò velle omnia media, per quæ  
 ad finem illum deuenitur. l. Gallus. §. Et  
 quid si. De lib. & posth. Cùm ergo per-  
 cussor occidere voluerit, videtur quoq;  
 omnem occisionis modum approbasse.

Secundò facit, quoniam in delictis  
 solus animus, solaque voluntas inspici-  
 tur. l. Is qui cū telo. & l. Diuus de sic. Sed  
 percussor hic habuit animum occiden-  
 di, & exitu secuta est mediatè mors, im-  
 mediate modo cogitato vel incogitato,  
 de quo non est difficultas, neque curan-  
 dum.

Tertiò facit, quia dans operam rei il-  
 licitæ in eadem specie delicti, de omni  
 euentu ordinaria poena delicti tenetur,  
 dict. l. Quoniam multa. C. de vi pub. & l.  
 Si quis aliquid. §. Abortionis. de poen:  
 Ad quem tex. non cadit congrua respō-  
 sio. Et hanc opinionem vt veriore am-  
 plector. Nec obstat d. consi. Aret. 146.

Nam ipse loquitur ibi in diuersis terminis: scilicet quando quis percussit inimicum pugno armato, non habens animū occidendi, quia L. punit occisorem habentem animum occidendi, aliās non. dict. l. j. §. Diuus, de sic. Sed in nostro casu statuimus animum occidendi: & si aliter intellexit Aret. putarem dictū eius esse falsum: sed in dubio quando non constat, an animum occidendi habuerit necne, recurrendum est ad coniecturas suprā dictas, scilicet inimicitiae, generis teli, consuetudinis delinquendi in eodē genere improbitatis, & mala vita, aliæq; cōditiones ipsius delinquentis. Nec obstat q̄ nō solū requiratur dolus respectu finis, sed etiā respectu modi, ad hoc, vt q̄s vera & ordinaria poēna delicti puniatur. Nam hoc de plano negatur, nec tale dictum vlla l. probatur: quinimo regula est in contrarium, quod scilicet non curetur de modo, si effectus intentioni respondeat. dict. l. 3. C. De inst. & subst. l. Fideicommissa. §. Si vni. de leg. 3. Vltimo non obstat dictum Felyni, in dict. ca. de cætero: Quoniam respōdetur, quod  
præcedit

procedit in percutiente aliquem simpliciter, sine animo necandi, vel prolicien-  
di sanguinem, quia tunc statuto com-  
prehenderetur: Nam voluntas & pro-  
positum omne factum distinguunt.

Tandem pro complemento huius  
materiæ contra principalem reg. quæ  
habet, quod pœna .l. Cor. dolū requirit,  
& propter culpam tantum nemo corpo-  
rali pœna puniatur, fortiter opponitur  
d. l. Ad cōmentariēsem. C. De cust. reo.  
vbi carceris custos si per culpam aut ne-  
gligentiam captiuum pœnæ mortis ob-  
noxium, euadere permiserit, ipse pœ-  
nam mortis incurrit. Nam ad hoc res-  
pondetur, quòd ibi commentariensis  
deliquerit in officio suo. Omittens verò  
facere quæ suo publico officio incum-  
bunt, doli reus censetur. l. Tutor qui re-  
pertorium, de Administ. tut. A quo do-  
lo præsumpto ratione publici officij ne-  
mo nisi causis iustissimis excusatur. d. l.  
Ad commentariensem. Ex quibus colli-  
gitur etiam notabilis limitatio ad vulg.  
illam regulam, quòd quælibet causa e-  
tiam fatua & iniusta excusat à dolo. l.

27 Igitur, de lib. causa, Ita vt non procedat  
in officio publico, in quo ad excusan-  
dum dolum iustissima causa re-  
quiritur: quod perpetuo  
notandum & obser-  
uandum est,

\* \*  
\*



DE PRODITORIO HO-  
micidio, VI<sup>a</sup>. & vlti-  
ma specie.

\* \*  
\*

SUMMARIA

- 1 *Homicidium proditorium à doloso, quò differat.*
- 2 *Proditio delictum enormissimum, detestabile, Deo & hominibus odiosum.*

3 *Odio*

- 3 *Odioproditionis multa singularia in iure sunt introducta.*
- 4 *Proditor nullo iuris beneficio gaudet.*
- 5 *Nobilis si proditor sit, furca suspenditur.*
- 6 *Statutum permittens occidi bannitum, non habet locum in eo qui proditorie bannitum occidit.*
- 7 *Servus deserens vel accusans dominum suum, excepto crimine Lesa Maiestatis, ad exemplum proditoris gravissimè punitur.*
- 8 *Salus dominorum à fide servorum dependet.*
- 9 *Proditorium homicidium etiam latrocinium rectè dicitur.*
- 10 *Species proditionis est necare aliquem veneno.*
- 11 *Si de proditione constet, nulla omninò reo conceditur, vel defensio vel excusatio.*
- 12 *Proditoribus nil fidum esse debet.*
- 13 *Pœna proditoris apud antiquos erat distractio quadrigarum.*
- 14 *Proditionis crimen peculiare apud Reges Thracie.*

- 15 *Quatuor præ ceteris famosi proditores à Priscis celebrati.*
- 16 *Proditionis triplex species.*
- 17 *Summum proditionis gradum occupat, qui Patriam, Principem vel Remp. prodit.*
- 18 *Alter gradus proditionis, si quis prodat priuatum, cui fidem & pietatem naturaliter debet.*
- 19 *Tertius gradus, si extraneum in fidem receptum occidat: etsi quidem fidei sua commendatum, perfidia dicitur.*
- 20 & 21 *Si pecunia corruptus quis incautum alieno nomine aliquem interimat. Assassinatus, si proprio nomine, dolosè & non prouocatus, latrocinium dicitur.*
- 22 *In pœnalibus etiam ex maiori- tate rationis, non fit extensio.*
- 23 *In limitatorijs ex rationis identitate licita est extensio.*
- 24 *Pœna excessus locum habet, quando culpa duntaxat, non etiam, si dolo delinquatur.*
- 25 *Qualitas perfectâ & substantifica adueniens actui, transformat actum,*  
&

*& diuersam speciem constituit.*

- 26 *Occidens bannitum inermem, nil tale suspicantem, neque resistere valentem, an vt homicidij proditorij perpetrator sit puniendus?*
- 27 *Si accusans de homicidio proditorio, tantum probet homicidium absque proditionis qualitate, an reus debeat condemnari, & pœna. l. Corn. affici?*
- 28 *In criminalibus deducens qualitatem facti, non probata qualitate succumbit.*
- 29 *Proditio in specie contra expressam fidem committitur, largè & minus propriè, etiam contra tacitam fidem, que in ratione humana felicitatis consistit, cum homo homini prodesse, non verò insidiari debeat.*
- 30 *Proditio quandoque etiam in bonam partem accipitur, cum zelo publica utilitatis priuatorum malitia detegitur.*
- 31 *Omnis actus humanus à fine iudicatur.*

- 32 *Plurima sunt facta indifferentia, quae ex circumstantiis determinantur, bonaque aut mala ex accidenti censentur.*
- 33 *Ex proposito volens occidere inimicum, si alium forte fortuna interimat, cui minimè infensus est, an l. Corn. teneatur.*
- 34 *Omnis actus ex persona agentis & patientis determinatur.*
- 35 *Iura semper in specie, & cōcreto loquuntur.*
- 36 *Genera sola cogitatione comprehenduntur, quae pœnam non meretur.*



**H**OMICIDIVM proditorium est cædes hominis nihil tale suspicantis, per insidias contra datam fidem perpetrata. c. j. de homicid.

Et differt proditorium à doloso, quia in proditione semper inest dolus: sed non è contra: estque proditio delictum enormissimum, detestabilè, Deo & hominibus odiosum, secundum Hipp. de Marf. in sing. suo 16. Proditores. Ee idèò tanquam

tāquam enormissimum crimen ab alijs  
 criminibus distinguitur, & à cōmunibus  
 regulis excluditur. Et vt dicimus multa  
 fauorabilia à ll. concedi fauore dotis,  
 piæ causæ, testamenti, libertatis, militiæ  
 & alimentorum. l. j. Sol. mat. ca. fin. De re  
 iud. l. 2 de Milit. test. Ita ex aduerso dicere  
 possumus in odium proditionis multa 3  
 singularia introducta esse. Nā proditor 4  
 nullo iuris beneficio gaudet l. pen. per il-  
 lum text. C. De postlim. reuert. Et nobis 5  
 quidem, qui regulariter furca puniri  
 non debet l. Capitalium. §. j. & §. Serui  
 de pœn. tamen si proditor fuerit, furca  
 suspenditur secundum Bald. in ca. cūm  
 quidam. De iurciu. Et statutum permit- 6  
 tens bannitum impunè occidj, non ha-  
 bet locum in eo, qui proditoriè banni-  
 tum occidit, secundum Ang. in l. fin. per  
 illum text. C. De delat. libr. x. vbi seruus  
 deserens, vel accusans Dominum suum  
 excepto crimine læsæ Maiestatis, ad ex-  
 emplum omnium proditorum grauissi- 7  
 mē punitur: quia salus & tutela Domi- 8  
 norum à fide seruorum dependet. l. j. Ad 9  
 Syllan. in princ. Proditorium itaque ho-

micidium etiam latrocinium dici potest: quia proditoriè occidere dicitur, qui nō valentem resistere, & incautum, more latronū obtruncat. l. Diuus. Ad l. Pomp. De parricid. l. Capitalium. §. Famosos. de poen. c. Admonete. 33. quæst. 2. Hip. in dict. l. j. De sic. in princ. Dicitur autem latro insidiator, siue hominum, prout in iure nostro capitur, siue ferarū, vt apud Virgil. in princ. xii.

*Fixumq; latronis: impavidus frangit telum.*

10

Species autem proditionis est, necare aliquem veneno: nam qui veneno inficitur, neque resistere potest, neque tale facinus suspicatur, sed clam, & ex insidijs occiditur, & ideò longè grauius crimen reputatur hominem veneno, quàm gladio occidere. l. j. C. De malef. & l. Codicillis, ibi, sed & mihi deteriora fecit, secundum intellectū quorundam, De leg.

2. Est autem notandum vnum singulare dictum in hoc crimine, nimirum, quod licet defensio nemini sit deneganda, sed audienda sit in iudicio Rei excusatio, vt not. in l. Vt vim. de iust. & iur.

11

vbi tamen constat de proditione, nulla  
omni

omninò reo conceditur, vel defensio  
vel excusatio, quia vox proditoris audiē-  
da non est. ca. Caueatur. 3. quæst. 9. Vndè  
Liuius eleganter dixit, proditoribus ni-  
hil fidum esse debere. Pœna verò prodi-  
tionis apud antiquos, erat quadrigarū  
distractio, quam primus inuenit Tullus  
Hostilius. III. Rom. Rex, in personam  
Metij Suffetij Ducis Albanorum, de  
quo Virg. in VIII.

12

13

*Nec pecul indè cita Metiū in diuersa quadrigæ  
Distulerant, at tu dictis Albane maneres,  
Raptabatq; viri mendacis viscera Tullus:*

Quæ pœna adhuc hodie, quibusdam  
in locis vsitata est. Crimē autem hoc fre-  
quēs & peculiare legitur fuisse apud Re-  
ges Thraciæ: nā Polymnestor Rex Thra-  
cū ita Polidorum Priami filiū in fidem &  
custodiam receptum, cupiditate & aua-  
ritia ductus, crudeliter obtruncavit. Vn-  
dè Virgil. in III. Aeneid.

14

*--- Polydorum obtruncat, & auro*

*Vi potitur: Quid non mortalia pectora cogis,  
Auri sacra fames?*

Simili-

ter & Rhrimotaces Thraciæ Rex tēpore  
Rom. cū ab Ant. defecisset ad Augustū

solebat inter epulas Augusto societatem suam & amicitiam petulantius exprobrare, cui tandem offensus Octavianus dixit, se proditorem quidem amare, sed proditores non laudare.

15 Celebrantur verò præ cæteris maxime IIII. famosi proditores, Laomedon Troianorum Rex, Priami Genitor, qui Dijs fidem violauit, Sinon Græcus, qui Troianos prodidit, Metius Albanus, de quo supra, qui Romanos conabatur seducere. Et omnium maximus Iudas Ischariotes, qui Dominum nostrum Iesum Christum prodidit.

16 Sciendum tamen triplicem esse prodicionis speciem, vt & læsæ Maiestatis.

17 Primò quando quis prodit patriam, Principem, vel Remp. qui summus gradus est prodicionis, vt legitur de Nicca Pyrrhi Regis Medico, qui vt pecuniam à Romanis acciperet, Regem extinguere veneno voluit, qui vt sunt generosi, Regem ipsum, vt sibi caueret, admonuerunt. Et de Tarpeia virgine, quæ cupidine localium & armillorum Gallis Capitolium prodidit, quæ dignam facino-

re mercedem retulit: nam armillis oppressa perijt.

Secundus gradus est, quādo q̄s prodit priuatū hominem, cui tamē naturaliter fidem & pietatem debet, puta si filius patrem, seruus Dominum, propinquus propinquum per insidias extingat. dict. l. fin. C. de delat. & l. fin. De iust. & iu. & d. l. Diuus, de parricid. 18

Tertius gradus est, quando quis extraneum in fidem suam receptum, occidit: cuius quoque proditionis tres sunt diuersæ species.

Primò, quando quis fidei suæ commendatum occidit, vt supra diximus, de Polymnestore & Polydoro. Item si tutor pupillum, curator adultum, vel amicus amicum ad epulas inuitatū occidit, quæ species perfidia dicitur. 19

Secunda species est, quando quis pecunia corruptus, incautum & nihil suspicantem alieno nomine ex insidijs aliquem occidit, & dicitur Assasinatus, vocabulo scilicet barbaro & vulgato, vt in c. j. De homicid. in vj. 20

Tertia species est, quando quis no-

mine proprio hominem incautum, neque resistere valentem, cui infensus est, nō prouocatus dolosè & crudeliter occidit, & dicitur latrocinium, vt est casus in dict. cap. Admonete. 33. quæst. ij. & in l. Diuus, De parricid. Et omnes hæ species ita sunt detestabiles, vt neque iuris beneficio gaudeant, neque Ecclesiarum immunitate fruantur. dict. ca. j. De homicid. & ca. Inter alia, De immunit. Eccles. ca. Si contumax, & ca. Si diffiniuit. 15. quæst. & dict. ca. Caueant. 34. 9.

21 Sed hîc insurgit difficultas: Nam videtur quod imò proditores vltimi gradus siue speciei iuris priuilegijs & Ecclesiarum immunitate gaudere debeant, quia prædicta iura solos Assassinos accipiunt. Item publicos aggressores & nocturnos agrorum populatores. In pœnalibus verò, etiam ex maiori parte rationis non fit extensio, vt latè per Alex. consi. 113. in fin. vol. ij.

22 Responderi potest, quod ius commune disponit omnem homicidam dolum indistinctè, & sine venia puniendum esse, sed immunitatem ex priuilegio

gio Ecclesijs datam, communem reg. limitare, & in limitatorijs ex idētitate rationis licitam esse extentionem, secundum Imo. & Rom. in l. si vero. §. de viro. Sol. Mat.

23

Secunda difficultas est, quia occidens bannitum etiam proditoriè, videtur de excessu tantum puniendus esse. arg. dict. §. Imperatores, de adult. Nam quisque bannitum impunè occidere potest, sed modo tamen aperto & vsitato. Undè si proditoriè, veneno vel simulando amicitiam, vel præter datam fidem occiderit, modum duntaxat excessisse videtur, & consequenter de excessu tantum puniri debere, non vt Ang. voluit, ordinaria pœna legis Corneliæ. Ad hæc respondetur quòd imò occidens bannitum proditoriè in totum teneatur, quia pœna excessus locum habet, quando culpa duntaxat & non dolo delinquitur, dict. §. Imperatores: Tum quoque quia hoc casu, non dicitur modum duntaxat excessisse, sed speciem delicti mutasse propter qualitatem prodicionis: Nam non simplex homicidium, quod à statuto

24

permittitur, sed qualificatum, proditorium scilicet, quod longè grauiſſimum est, cum iure tum ſtatuto prohibitum  
 25 perpetravit. Atque ideò non excuſatur: nam qualitas perfecta & ſubſtantifica adueniens actui, transformat illum, & diuerſam ſpiciem cõſtituit. l. Ius Ciuile. de iuſt. & iur. quamobrem talis modi occiſor non de exceſſu tantùm, ſed de proditione tenetur.

26 Quæritur quoque, quid ſi aliquis occiderit bannitum inermem, nihil tale ſuſpicantem, neque reſiſtere valentem, eum more latronis occidendo, an talis puniendus ſit, veluti qui homicidium proditorium perpetravit? Et videtur quod ſic: quia ſpecies quædam eſt ſaltem infima proditionis, vt ſupra declaratũ ex diët cap. Admonete. Sed tamen contrarium puto verius, quia iſte vltimus gradus non habet perfidiam, neq; eſt adeò grauis, vt duo priores, videlicet perfidia & Aſſaſſinatus. Præterea bannitus tanquam hoſtis patriæ nunquam cenſetur affidatus. Ideoq; non poteſt dici ſuſpicionem mortis & inſidiarum vnquã,  
 carere

carere, sed perpetuò ultorem debet formidare, quamobrem etiam dicto modo impunè occiditur, licet dolosè: Nam dolus, an virtus quis in hoste requirat? l. Nihil interest, de capt. & postlim. reuer. Si quis tamen eum expresse affidasset, tunc occidendo proditorie non liberaretur à pœna. l. Corneliæ, per ea quæ supra dicta sunt: atque ita mihi concludendum videtur. Quæritur quoque si aliquis accusatus fuerit, de homicidio proditorio & accusator tantùm probauit homicidium absque proditoris qualitate, an Reus debeat condemnari, & pœna. l. Cornel. affici? Breuiter dicendum quod non, quin imò absolui debet: quia etiam in criminalibus deducens qualitatem facti, non probata qualitate succumbit, vt est communis opinio in l. 2. C. De Probat. secundum Rom. consi. 110. Quæstio. Quæ quidem conclusio de plano procedit in accusatione, secus in inquisitione, in qua sola facti veritas inspici- tur, vt ex officio delicta puniantur. l. Ita vulneratus. Ad l. Aquil. Neque inquisi- tio in omnibus succedit in locum Ac-

27

28

H



cusationis, prout, not. in cap. Qualiter & quando el j. De accusat. Et notandum est. quod proditio expressè, & in specie contra expressam fidem committitur, quæ etiam hosti seranda est l. 5. De capt. & postl. reuer.

29 Largè verò & minus propriè proditio comittitur etiam contra fidem tacitam, quæ in ratione humanæ Societatis consistit, per quam homo homini prodesse non verò insidiari debet. l. vt. vim. De Iust. & Iure. Atque ideo qui hominem non prouocantem, neque tale aliquid suspicantem dolo occidit, fidem illam tacitam & generalem humanæ societatis violare censetur, quod perpetuo obseruandum est.

30 Prætermittendum tamen non est, proditionē quandoque etiam in bonam partem accipi, ideoque laudabilem esse, quando scilicet per eam zelo publicæ utilitatis, malitia priuatorum detegitur, vt est tex. not. in l. vn. C. De val. mendic. lib. xi. ibi, proditor studiosus atque diligens. In summa omnis humanus actus à fine atque intèntione iudicatur, & omne  
maleficium



maleficium voluntate & proposito distinguitur, & plurima sunt facta indifferentia, quæ ex circumstantijs determinantur, bonaque aut mala ex accidenti censentur. l. Aut facta de pæn. Cuius quoque generis proditio est, quæ si honestam causam, legitimum finem & probabilem habeat, laudabilis actus censeatur, ut patet in exemplo Iudith Olofernem proditoriè occidentis. Si verò contra honestam causam legitimumque finem proditio non habuerit, execrabilis atque detestabilis est: Ea verò facta quæ perpetuo & naturaliter mala sunt, plus & minus ex circumstantijs accipiunt, & in aliam quoque delicti speciem transeunt, licet nulla ratione bona fieri possint. l. Verum & l. Qui iniuriæ De furr. cum ibi not.

Quæro si aliquis dolo & proposito volens inimicum suum occidere, alium forte fortuna, cui minimè infensus est, occidit, vtrum talismodi occisor. l. Cornel. teneatur necne? Et prima fronte videtur teneri, quia animus occidendi adfuit & euentus secutus est propositum: volebat enim hominem occidere, &

quidem occidit hominem, ita ut voluntas & effectus concurrant. Sed veritas est in contrarium: Nam qui perijt certum est non esse dolo occisum: quamobrem verba l. Corn. non verificantur, quæ exigunt dolum cum euentu vel effectu: Licet enim reus dolo percusserit, percussus tamen dolo non perijt, sed culpa, puta errore in persona commisso, & cum omnis actus ex persona agentis & patientis determinetur, utique persona patientis non subest intentioni personæ agentis: & sic actus non dicitur consummatus, & in effectum deductus. Nec obstat quod utrunque concurrat scilicet, animus occidendi hominem, & immediatus effectus hominis occisi: Respondetur enim talem concursum esse respectu generis & in abstracto, & non in specie vel Concreto, sed iura semper in specie & Concreto loquuntur, nec genus in abstracto considerant, sed ipsas species, in quibus cadit realis determinatio. Genera enim sola cogitatione comprehenduntur, quæ pœnam non meretur, l. Cogitationis de Pœn. Species verò ad facta &

ta & sensus applicantur, & de illis iura disponunt: Volens itaque hominem occidere in genere, non punitur ordinaria poena nisi occiderit, quem in specie trucidare decreuerit.

FINIS.

H 3

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

FINIS  
H. J.